



**De baptismo infantium. : testimonia veteru[m]
ecclesiasticorum scriptorum, qui intra trecentos circiter annos
a? temporibus apostolorum, hoc est, ab excessu Ioannis
Apostoli, qui fuit annus plus paulo? centesimus a? Christo
nato, floruerunt. : De origine Anabaptisticae sectae, & de
auctoritate consensus Ecclesiae, & catholicae traditionis
praefationes duae ... Adiecta est breuis expositio de
auctoritate consuetudinis vniuersalis baptizandorum
infantium, & varijs ritibus baptismi celebrandi.**

<https://hdl.handle.net/1874/416807>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>**

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>**

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

29

G. Gaffander

Baptême

Antonie

17. 00. K.

E oct.

173

U.B.U.



applic







q[uod] uero dicitur q[uod] dicitur
q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur

O in sonans dicitur

g[ra]m[mat]ica h[ab]et
q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur
q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur

H h[ab]et
q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur

S s[ic] dicitur


q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur
q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur
q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur
q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur
q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur
q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur
q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur
q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur
q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur
q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur
q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur

N

Theología

Octavo n°. 173.

Manus. 1. fol. 10v



Amat e omnes aeternitatem.

N. 10. A.

DE Oct. 173
BAPTISMO INFANTIVM,

Testimonia veterū Ecclesiasticorum scri-
ptorum, qui intra trecentos circiter annos
à temporibus Apostolorum, hoc est, ab ex-
cessu Ioannis Apostoli, qui fuit annus
plus paulò centesimus à Chri-
sto nato, floruerunt.

De origine Anabaptisticæ sectæ, & de auctoritate
consensus Ecclesie, & catholice traditionis Prae-
fationes duæ. Altera ad Illustriß. Principem
Iuliæ, Clivie, &c. Ducem. Altera ad-
uersus Anabaptistas, in qua ostendit
datur hic baptismus diuinis
quoque literis esse con-
sentaneus.

Adiecta est breuis expositio de auctoritate
consuetudinis vniuersalis baptizan-
dorum infantium, & varijs riti-
bus baptismi celebrandi.

GEORGII CASSANDRI.

COLONIAE,
Apud hæredes Arnoldi Birckmanni.

M. D. LXIII.

ex dono Buchely



THE OKEETAN

is a river in the state of Florida, United States. It is a tributary of the St. Johns River. The river originates in the Okeetaneechee Swamp and flows through the Okeetaneechee Reservation. It is approximately 100 miles long and has a drainage basin of about 1,000 square miles.

The Okeetaneechee River is a major tributary of the St. Johns River. It is approximately 100 miles long and has a drainage basin of about 1,000 square miles. The river originates in the Okeetaneechee Swamp and flows through the Okeetaneechee Reservation. It is approximately 100 miles long and has a drainage basin of about 1,000 square miles.

The Okeetaneechee River is a major tributary of the St. Johns River. It is approximately 100 miles long and has a drainage basin of about 1,000 square miles. The river originates in the Okeetaneechee Swamp and flows through the Okeetaneechee Reservation. It is approximately 100 miles long and has a drainage basin of about 1,000 square miles.

The Okeetaneechee River is a major tributary of the St. Johns River. It is approximately 100 miles long and has a drainage basin of about 1,000 square miles. The river originates in the Okeetaneechee Swamp and flows through the Okeetaneechee Reservation. It is approximately 100 miles long and has a drainage basin of about 1,000 square miles.

IN TESTIMONIA
veterū, de infantū baptis-
mo, ad Illust. Princ. Guil-
helmum, Iuliæ, Cliuiæ,
Montis Ducem, &c.

PRÆFATIO GEORGII
CASSANDRI.



VLTA sunt
in quibus nouum
hoc, & nostra etate
exortū hominū ge-
nus, quos peruvul-
gato iam nomine
anabaptistas voca-
mus, tum ab vniuersa quæ per orbē
est ecclesia, tum ipsi inter se diuisi, &
separati sunt, vnu verò error est, in
quo omnes conspirant, quod infan-
tes non esse baptizandos existiment,
eumq; qui infantibus adhibetur ba-
ptismum, non esse sacrosanctum ba-
ptisma

PRAEFATIO AD

ptisma Christi, sed prophanum anti-christi. Quare adultos tātūm qui baptismi vim intelligunt, & fidem ipsi ore profiteri possunt, baptizari debere: eos verò qui infantes & ignorantes baptizati sunt, adultos iam & intelligentes rebaptizandos, id est, ut ipsi falsò existimant, vero Christi baptismo baptizandos esse ducunt, à quo errore nomen inuenerūt, ut pas sim anabaptistæ, & à nonnullis cata-baptistæ & parabaptistæ vocitentur. Hoc quoq; huic errori peculiare est, quòd cæteri errores quos habēt, nec paucos nec leues, iam olim ante annos plus mille, suos inuentores pa-tronus & sectatores habuère: hic ve-rò quem iam exposuimus, post mille demùm annos extitit, imò quomo-do nunc in hac nostra inferiore Ger-mania proponitur, hac nostra ætate annis ab hinc circiter quadraginta, initium habuit. Illud itaq; compertū est, quòd multum ad liberandos hoc

per-

DVC. IVL. CLI.

pernicioſo errore homines meritò
valere debeat, hanc opinionē infan-
tium baptismum condemnantem, ac
baptismi iterationē, adulta demūm
ætate exigentem, vniuersæ Christi
ecclesię, totis mille & eo amplius an-
nis ignotam fuisse, contrariamq; ſen-
tentiam, quæ non adultis tantùm, fi-
dem ſuam profitentibus, ſed etiā in-
fantibus Christo in ecclesia oblatis,
baptifinū in remiſſione peccati, cu-
ius ab ipſa vitiata origine rei tenen-
tur, & in adoptionē filiorū Dei con-
uenire docet, nō à paucis ſeculis ex-
cogitatam, non ab aliquot doctori-
bus & gubernatoribus in aliqua ec-
clesiæ parte propositam, ſed iam in-
de ab ipſis exordijs ecclesiæ, quate-
nus patet memoria ecclesiasticorum
ſcriptorum, per omnes totius orbis
ecclesiias, ſummo consensu perpetuò
creditam, & obſeruatam fuisse, ita ut
dubiū eſſe nō poſſit, quin vna cū re-
liqua doctrina Apostolica, hæc quo-

A 3 que

PRAEFATIO AD

que sententia apud ecclesias oēs depo-
sita, & fideliter cōseruata, atq; ad po-
steros, ad nostrā vſq; etatē propagata
fit. Atq; adeò tanta diuinæ auctorita-
tis firmitate nixa, tanto perpetuæ &
vniuersalis ecclesiasticæ consuetudi-
nis robore firmata habebatur, vt to-
tis mille annis quibus varijs hæresib.
afflicta & collisa est ecclesia, nemo he-
reticus tā perficitæ frontis extiterit,
qui hunc infantū baptismū in quæ-
stionē vocare, nedū dānare sit ausus,
atq; adeò nulla in controuersia posi-
tus fuit hic baptisimus, vt etiā alijs cō-
trouersijs explicādis, assumereſ. Ac
ne Pelagius quidē, & qui cum ſectati-
ſunt, Iulianus & Cœlestius, quāmuis
ex eorum hærefi, quæ in paruulis ori-
ginis peccatum non agnoscebat con-
ſequi videbatur, vt omnino, aut non
baptizandi paruuli, aut superfluè ba-
ptizari vidarentur, tamen horū neu-
trū eos affirmasse legimus. Quin ipſe
Pelagius cōqueritur, immerito ſe ab
homī-

hominibus infamari, & neget paruu-
 lis baptismi Sacramentū. Non itaq;
 negarunt Pelagiani, baptismū infan-
 tibus, moti tum consensu firmissimo
 totius orbis Christiani, tū religione
 verborū Christi, nisi quis renatus fue-
 rit ex aqua & spiritu, &c. quæ verba
 cum vniuersa ecclesia, nō aliter q̄ vt
 totum genus humanum, in quo sunt
 & paruuli, comprehendenderent, intel-
 ligi posse videbant. Nondum enim
 ea audacia homines cœperat, vt diui-
 næ scripturæ testimonia, præter com-
 munē totius ecclesiæ sensum, suo ar-
 bitratuinterpretari ausi sint, ne tamē
 hæc diuina pronunciatio, prorsus ip-
 forum hæresi aduersari videretur, re-
 gnū Dei à remissione peccatorū sepa-
 rabant, vt dicerent infantibus bapti-
 smo opus esse, nō quidē in remissio-
 né peccatorū, quæ nulla habebāt, sed
 ad regnum Dei consequendū, quod
 nulli nisi ex aqua & spiritu renato cō-
 ceditur. Hac hæresi repressa, nullā de-

PRAEFATIO AD

infantiū baptismo cōtrouersiā factā
legimus, vñq; ad Berengarij ætatem,
sub annū à Christo nato millesimum
sexagesimū, quo tēpore extitit Berē-
garius diaconus Andegauensis , cui
Guitmundus Auerfanus Episcopus
tribuit, quòd inter cæteros errores
paruulorū baptismum euerterit, quē
tamen errorē in publicum nō produ-
xit, quòd eam blasphemiam, vt Guit-
mundus loquitur, ne pessimorū qui-
dē hominū aures toleraturas sciret,
& in scripturis sacris locū eius erro-
ris tuendi penitus non videret. Mox
tamen hæresis quēdam ætate B.Ber-
nardi, per Galliam inualuit, incertæ
primū originis & appellatiōis, quan-
quam Manichæorum sobolem fuisse
ex consanguinitate in plerisq; doctri-
næ colligitur, quę paulò pōst Catha-
rorum nomen inuenit, cuius præci-
puis auctor & propagator fuisse vi-
detur Petrus quidam Brusius, homo
Gallus è Narbonēsi, p̄uincia; eiusq;
disci-

discipulus Henricus, vnde & Petro-
brusiani & Henriciani dici cœperūt,
quæ hæresis prima infantium bapti-
smū apertè damnauit, & adultis tan-
tūm baptismum conuenire, & verbis
docendo, & re ipsa baptizando, per-
tinaciter asseruit: longè tamē alia ra-
tione vñi, quām ij, qui nostra ætate in
hac nostra inferiori Germania & Bel-
gica, hunc anabaptismū reuocarunt.
Nam illi cum baptismo & fide, etiam
salutem & regnū Dei infantibus ade-
merunt, quòd ad credentes tantūm
& baptizatos pertinere censuerunt.
Hæc enim fuere ipsorum verba, vt à
Petro Cluniacensi Abbatे referun-
tur. Qui crediderit & baptizatus fue-
rit, saluus erit. Ex his verbis Domini
apertè monstratur, nullum, nisi cre-
diderit & baptizatus fuerit, hoc est,
nisi Christianam fidem habuerit, &
baptismum perceperit, posse saluari.
Nam non alterum horū, sed vtrumq;
pariter saluat, vnde infantes licet à

PRAEFATIO AD

vobis baptizentur, q̄a tñ credere ob-
stāte ētate nō possūt, nequaq̄ saluan-
tur. Hiverò cōtrà, qđ anteā nunq̄ au-
ditū est, oīb, infantib. etiā paganorū
& p̄fidorū citra vllū oīno mediū, &
grā symbolū, virtute mortis & passio-
nis Ch̄ri salutē & regnū cælorū addi-
cūt. Atq; illa hæresis q̄uis ad tépus va-
luerit, multasq; Galliæ turbas dede-
rit, tñ ipsa quoq;, qđ ad hūc errorē de-
infantū baptismō & adultorū anaba-
ptismo pertinet, tandē defecit. Nam
Valdēses, qui alio noīe Picardi dicti,
quorū adhuc nō exiguae reliquiæ in
Morauia & vicinis Bohemiæ locis su-
p̄sunt, q̄uis in Rom. ecclesia multos
abusus notarīt, quorū grā ab ei⁹ ecclē-
się coīone in hūc vſq; diē separāt: ba-
ptismū tñ infantū vt Euāgelio cōsen-
taneū & approbāt & vſurpāt, quare
hic error sōpitus iacuit, vſq; ad nīam
ætatē, cū sub annū dñi 1522. Thomas
Mūzer, homo vt res ipsa docuit, pha-
naticus & seditionis, p̄imus hui⁹ er-
roris semina iecit, q̄ postea vehemēt

ter adoleuerūt, & multorū incōside-
 rato dei zelo flagratiū aīos infecerūt,
 auctorib. potissimū Melchiore quo-
 dā Rīck, Baltha. Hoebmaier, Michaë
 le Satelare, donec tādē sub aī. 1532.
 Melchior qdā Hofmān⁹, arte pellio,
 hāc nouā cōtagionē cū alijs qbusdā,
 nō minus pniciōsis errorib. i Germa-
 niā hāc infer. & Belgicā inuexit, quos
 errores posteā Vbbo qdā Phrisi⁹ Le-
 uardieñ. & Mēno Simōis, ipse quoq;
 Phris. plurimū cōfirmarūt & ppaga-
 rūt. Cui' Mēnonis iā vita defūcti ptes
 suscepit Theodoricus Philippi, zelo
 nō minore, pari eloquētia populari,
 eruditioe verò & literarū cognitiōe
 maiore, q libelli aliquot ab eō his an-
 nis pximis editi declarant, vt dolen-
 dū sit tātū īgeniū, tot dotib. īstructū,
 hēresi potiū & schismati cōfirmādo,
 q verē ecclesiæ instaurādæ seruire, q-
 uis cæteris huius sectæ melior sit, &
 absurdos nōnullos suorū errores cor-
 rigat. Huius quē dixi Mēnonis cui
 nūc hic Theodoric, successit, sectato-

PRÆFATI^O AD

res ferè sunt omnes, qui per hæc Bel-
gicæ , & Germaniæ inferioris loca,
huic anabaptisticæ hæresi affines de-
prehenduntur, in quibus magna ex
parte pij cuiusdam animi argumenta
cernas, qui imperito quodā zelo inci-
tati, errore potius quam animi mali-
tia à vero diuinarū literarū sensu , &
concordi totius ecclesiæ cōfensu de-
sciuerūt, quod ex eo perspici potest,
quòd Monasteriensibus & hinc con-
secutis Batenburgicis furoribus, no-
uam quandam restitutionem regni
Christi, quod in deletione impiorū
per vim externam positum sit, medi-
tantibus, acerrimè semper restiterūt,
& in sola cruce regni Christi instau-
rationē & propagationem cōsistere
docuerūt: quo fit, vt qui huiusmodi
sunt, cōmiseratione potius & emen-
datione quam insectatione & perdi-
tione digni videantur. His enim mul-
tò magis cōuenire videtur , quod de
Manichæis disputās, inquit August.

Quan-

DVC. IVL. CLI.

Quanquā Dominus per seruos suos Contra E-
 regna subuertat erroris, ipsos tamen pistolā fun
 homines, in quantum homines sunt, damenti.
 emendandos esse potius q̄ perdēdos
 iubet. Et quod de facinorofis Dona-
 tistis & Rogatistis idem August. affir-
 mat eos in eo pares esse Iudæis, q̄ ze
 lum Dei habeant, at non secundum Ad Vincen-
 tium Ro-
 scientiam, exceptis duntaxat ijs, qui gatistam.
 animi quadam peruersitate cōtrave-
 ritatem etiam sibi notissimam dimi-
 cēt, quorum impietas vel ipsam Ido-
 latriam, aduersus quam capitale sup-
 plicium erat constitutum, forsitan su-
 perat, sed quia eius criminis, vt pote
 quod in animo lateat, facile cōuincit
 nequeant, ideo omnes leniore seue-
 ritate coērceri, quam tamen seuerita-
 tem non omnibus, sed turbulentis
 tantummodo & inquietis adhiben- Cōtra Do-
 dam censet, cūm alibi rectè constitu- natistas
 tum asserat, vt sine effusione sangu- post colla-
 nis, qui verbis non emendantur, ali- tionem.
 qua mitissima poena legū coērcean- tur

PRAEFATIO AD

tur inquieti. Atq; utinā qui atrocior
re in hosce miseros sunt animo man-
suetudinē, & prudentiam huius san-
ctiviri imitetur, qui in disputatione
aduersus Manichæos (in quorum fal-
**Cōtra epi-
stolā Fun-
damenti.** so dogmate multos annos rabiosus
& cœcus, vt ipse loquitur errauit)
his verbis est usus. Illi inquit, in vos
sæuant, qui nesciunt, cum quo labo-
re verum inueniatur, & quam diffici-
lē caueantur errores, illi in vos sæui-
ant, qui nesciunt cum quanta diffi-
culty sanetur oculus interioris ho-
minis, vt possit intueri solem suum.
Illi in vos sæuant, qui nesciunt qui-
bus suspirijs & gemitibus fiat, vt ex
quantulacunq; parte possit intelligi
Deus. Sed quæ B. Augustini & vete-
rum ad Augustini usq; ætatem de hæ-
reticis, & corum coërtione sententia
fuerit, alio fortassis tempore colle-
ctis, ex ijs auctoribus testimonijs de-
clarabimus.

De origine verò huius anabaptisti-
cæ se-

tæ sectæ, eiusq; progressu, & quæ ex
 hoc capite mōstra quām varia & ab-
 surda, atq; inter se pugnantia prodie-
 runt, luculentè, copiosè, summaq; cū
 fide scripsit Nicolaus Blesdick, qui
 q; aliquādo huiusmodi errore per im-
 peritiam ætatis deceptus fuerit, eò
 nunc instructior & vehementior est,
 in ijs erroribus refellendis, id quod
 illi cum B. Augustino commune est.
 Hæc autem de exordijs huius sectæ
 eō commemoraui, vt quorum animi
 non prorsus obdurati & obcæcati
 sunt, diligenter huius erroris origi-
 nem considerent, & prudenter ex-
 pendant, quanti periculi sit deser-
 ta vniuersali Christi ecclesia, quæ
 perpetuò iam inde ab ipsis eccle-
 siæ exordijs, infantium baptifum
 comprobauit, in qua tot milia con-
 stantissimorum martyrum, tam in-
 numerabilis cœtus sanctissimorum
 & doctissimorum virorum contine-
 tur, ad nouum quendam cœtum

ex

PRAEFATIO AB

ex nouis & ecclesiæ Christi inauditis
erroribus conflatum deficere, & no-
uos errores, specie tantum & colore
diuinarum scripturarum obductos,
reiecta perpetua totius ecclesiæ Chri-
sti sententia, vero diuinarum litera-
rū sensu firmata & stabilita cōlecti.

Quam autem vim habeat hēc an-
tiqua, & perpetua omnium ecclesia-
rum consensio & testificatio ad con-
uincendos animos etiam eorum, qui
ad solam scripturam prouocant, tam
antiquis, quām recentibus exemplis
demonstrari possit: ita enim quidem
inter protestantium principes, de ba-
ptismo infantium scriptum reliquit:
Vniuersalis, inquit, consensus eccle-
siæ omnium temporum est testimoni-
um, quòd hēc ordinatio sit Apo-
stolica: & alio loco, Doctrina, inquit,
nulla recipienda est, quæ nō habeat
testimonium veteris & purioris Ec-
clesiæ, cùm facilè intelligatur neces-
sarium esse, ut vetus ecclesia fidei ar-
ticulos

ticulos oēs habuerit, videlicet quicquid ad salutem est necessarium, Et alius quispiam ex eorū numero qui Euangelici dicuntur, aduersus anabaptistas disputans, etiam si nullam, inquit, habeam scripturam in hoc negotio, tamen multò malim veterum laudatorum scriptorum testimoniu, & concorde in primæ ecclesiæ Christi confessionem sequi, qui tam prope apostolica tépora vixerunt, quàm ut ijs credam, qui nobis sine scripturis contrarium persuadere nituntur. Quantum verò ad pios animos etiā errore deceptos commouendū, hæc antiqua & perpetua cōsenſio valeat, nuper exemplo didicimus, cùm quidam inter professores & doctores huius erroris eximius, qui huius erroris causa in arce Cliuorum captiuus tenebatur, exposita sibi tam concordi sententia omnium veterum, qui vno ore hanc consuetudinem paruulos baptizandi in ecclesia, iam inde ab

B Apo-

PRAEFATIO AD

Apostolicis temporibus obseruātam
affirmant, ingenuè confessus est, se
hunc tantum ecclesiarum cōsensum
magnificere, seq; hac tam concordi
veterum ecclesiasticorum scriptorū
consensione plurimū commoueri.
Quapropter si idoneis ex antiquis
scriptoribus adductis testimonijs p-
bari possit, hanc cōsuetudinē esse A-
postolicā & diuinis literis consenta-
neā, nequaq; se tam pertinacē & im-
probū esse, qui hunc tam antiquum,
tam firmū, tā constantē, tot insigniū
in ecclesia Christi virorū consensum
reijcere & aspernari, totiusq; eccl-
esiæ Christi iudicio & auctoritati ob-
luctari velit: præsertim si ij auctores
adducantur, qui Apostolicis tempo-
rib⁹ pximè successerūt, summaq; do-
ctrina & sanctimonia excelluerunt,
atq; in eo cœtu fuerunt, atque adeo
præfuerunt, cui veræ ecclesiæ Christi
nomen, nemo detrahere & adimere
ausit, quare impensè huiusmodi testi-
monia

monia sibi exhiberi postulauit, quibus inspectis, & qua pollebat ingenij perspicacitate diligenter exploratis, opinionē suā ex prauo & priuato scripturæ intellectu haustam, cū vniuersali hac & perpetua totius ecclesiæ sententia haud difficulter commutauit, vsque eò, vt hunc errorem cum nonnullis alijs in æde sacra eiusdem oppidi Cluorum, frequentissima populi concione damnauerit. Quod in hoc homine eò facilius accidit, quod præter eximiā scientiam literarum sacrarum, quomodo ab hoc hominum genere scripturæ tractantur, tribus insignibus dotibus, ad suscipiendam veram doctrinam & errorē deponendum animum præparantibus præditus videbatur. Erat enim in eo quantum humano iudicio perspicere licuit, donū quoddā timoris Dñi, & reuerētię erga diuinias literas, quo factū est ut solo zelo veritatis in hūc errorē deuenerit: erat etiā donū iudicij

PRAEFATIO AD

& discretionis, quo efficiebatur, ut argumentorum & conclusionum vim quæ tum ad veritatem declarādam, tum errorem refellēdum adferebantur, facilè perspexerit & cōprehendebat. Erat præterea donū modestiæ & lenitatis, quod effecit ut auditæ & cōprehensæ veritati pertinaciter nō restiterit. Quæ dotes quod in vulgo huius sectæ ferè desiderentur, excepto quodam imperito zelo, fit ut horum hominum ab infixis penitus animo erroribus, ad veram de rebus diuinis sententiam conuersio difficillima imò penè impossibilis reddatur, quod omni meliori doctrinæ, præter eam qua semel imbutus est animus, aditus ad illos interclusus fit. Hæc autem res quām breuiter modò commemorauī, occasiōne dedit hæc vetera testimonia colligēdi, quæ oīa intra trecentesimū ferè ab Apostolicis temporibus annum concluduntur, exordio facto ab Irenæo, qui septua-

septuagesimo circiter anno ab excessu B. Ioannis Apostoli, in quo Apostolica tempora desierunt, in ecclesia Christi floruit. Primus quidem locus debebatur Dionysio, qui si Areopagita ille est, Apostolorū synchronus fuit, vtpote Apostoli Pauli discipulus, sed quia de eo inter doctos ambigitur, Origeni illum subieci, ijs concedens, qui illum Clemente Alexandro posteriorem fuisse suspicatur. Cūm autem hæc testimonia à nōnulis expeterentur, visum fuit non abs re fore, si in publicū ederetur. Quod ut maiore aliquo cum fructu fieret, statui dum aliquantum quietis & respirationis à sequissimo carnifice diuinitus mihi apposito conceditur, ex commentarijs illis quæ tumultuariè de hac anabaptismi quæstione confecram, de auctoritate huius ecclesiastici consensus quædam præfari, quæ pro tempore his testimonij apponenterunt, donec reliqua quæ ex sacris li-

PRAEFA AD. DVC. IVL. CLI.

literis demonstrationē, & cōtrariarū rationū confutationem cōtinent, in ordinem aliquem rēdigere concedatur. Porrò hæc quāmuis exigua sint, tuo nomini Illustriss. Princeps inscri benda & dedicanda putauī, tum q̄ hæc opella colligendorum horū testimoniōrum T.C. iussu mandatoq; suscepta sit, tum quōd inter reliquas curas, quas prouincijs tibi diuinitūs commendatis administrandis impen dis, ea vel præcipua sit, vt populū tibi commissum, in vera synceraq; orthodoxy religionis professione contineas, & ab omnium errorum, tū præcipuè huius anabaptisticæ pestis, quę modò passim perniciosè grassatur, contagione conserues. Quod tuum studium Deum Opt. Max. precor, vt veris & aptis consilijs, quibus horum errorum causæ ab ecclesijs & prouincijs tuis remoueri pos sint, suppeditandis benignè pſequatur.

DE

DE AVCTORI-
tate consensus Ecclesiæ &
Catholicæ traditionis, ad-
uersus Anabaptistas.

G.Cassandri.



AGNAM esse antiqitatis & perpetuæ vniuersalisque traditionis & consensus auctoritatē & vim, etiam apud nouorum, & in ecclasia CHRISTI inauditorum dogmatum inuentores & defensores vel hinc perspici potest, quod quidam dum eam vim sentirent & attenderent: quantumque apud pios & non prorsus obduratos animos valere possit prospicerent, conati sunt initio originem baptismi infantium ad aliquem Pontificum Romanorum

B 4 refer-

PRAEFATIO ADVER.

referre, ut receptam hanc infantium baptizandorum consuetudinem, non Apostolici instituti, sed humani & Papistici, ut loquuntur, commenti esse, rudibus & ignorantibus persuaderent. Verum his prudentior & diligentior Menno, quum ex idoneis scriptoribus, nil tale commonstrari posse animaduerteret, coactus est ingenue fateri, iam inde ab Apostolicis temporibus baptismū infantū usurpatum fuisse, ac paulatim inualuisse, verum huius rei auctores facit Pseudapostolos & falsos doctores, qui iustitiam & salutem in externis ceremonijs collocarunt. Id verò quam sit friuolum ac ridiculum, facile apparet. Neque enim fieri potuit, ut doctrina & consuetudo Euāgelicis præceptis, & Apostolicis institutis, tam aduersa, statim vniuersas per vniuersum orbem ecclesias occuparet, & veritatem Euangelicam, in vsu tanti & præcipui mysterij, hac Antichristiana

ANABAPTIST.

na profanatione corrūperet, id quod promissioni Christi prorsus aduersatur, qui portas inferorum non præua litaras aduersus ecclesiā affirmauit, seq; ecclesiæ suæ in finem vsq; seculi adfuturum recepit. Fuere quidem etiam Apostolicis temporibus Psuedoapostoli, & continuò post eorum tempora, impij falsiq; doctores, qui falsæ & impiaæ doctrinæ semina paſſim in agro ecclesiæ ab Apostolis generosa femente verbi Dei ex culto intersperserunt, sed hęc ab Apostolis & Apostolicis viris statim animaduersa, summoq; studio repressa & elisa fuerunt, quod de antiquissimis hæresibus Simonis, Menādri, Cerinthi, Ebionis, Valētini, Basiliidis, Marcionis, manifestum est. Quorum furoribus si hic baptismus infantū, vt vult Méno, annumerādus esset, certè vnā cum illis, suos reprehēsores & oppugnatores, viros Apostolicos & ecclesiās Apostolicas habuisset. Huic fa-

PRAEFATIO ADVER.

natico commento, pulchrè ante annos mille trecentos occurrit Tertullianus aduersus absurdissimos hæreticos, auctoritati ecclesiarum, iam tū detrahentes disputans. Agè, inquit, nunc omnes ecclesiæ errauerint, deceptus sit & Apostolus de testimonio reddēdo quibusdam, nullam res p̄spererit Spiritus sanctus, vti eam in veritatem dederet, ad hoc missus à Christo, ad hoc postulatus de Patre, vt esset doct̄or veritatis, neglexerit officium, Deivillicus, Christi vicarius, finens ecclesias aliter interim intelligere, aliter credere quām ipse per Apostolos p̄dicabat, ecquid verisimile est, vt tot ac tantæ in vnā fidem errauerint, nullus inter multos euentus est vnus exitus, variaſſe debuerat error doctrinæ ecclesiarum, cæterū quod apud multos vnū inuenitur, non est erratum sed traditū, hactenus Tertullianus. Quòd si recte à Tertulliano dictū est, qđ apud omnes

ANABAPTIST.

omnes vnum est, non esse erratum sed traditum, cōficitur sanè hanc de baptismō paruolorū sentētiam, cùm apud omnes ecclesiās vna sit, nō erori, sed traditioni adscribēdam. Idē verò hic Menno de Catholicis Pædo baptistis, vt vocat, acutē quidē & fortiter vt sibi videtur, hunc in modum colligit: si habuissent, inquit, verbū Dei, uno calamo scripsissent, & uno ore loquuti fuissent omnes, ex quo consequi vult cùm pugnātia inter se de paruolorum baptismō scripserint, verbo illos diuino destitui. Hoc significare videt, q̄ alij infantibus, etiā citrā baptismum salutē tribuunt, alij salutem infantium baptismō adiungunt, alij baptismi antecedētem causam in fide propria, alij in promissione & pacto cum fidelibus parentibus inito, alij verò in offerentium fide, quæ est ecclesiæ, constituunt. At id quāmuis in scriptores quosdam huius ætatis, qui de possessione

Catho-

PRAEFATIO ADVER.

Catholicæ ecclesiæ inter se contendunt, conueniat, in illos certè antiquos & probatissimos scriptores, quorum hic testimonia producimus, minimè quadrat, quare hęc ipsa Mēnonis ratiocinatio, nostrum institutū cōfirmat. Libéter enim hāc rationationē admittimus, si veteres Pædobaptismi assertores, habuerūt verbum Dei, uno calamo scripserunt, & uno ore locuti sunt oēs, ex quo verisimile cōcludimus, veteres oēs ecclesiastici & Orthodoxi scriptores uno calamo scripserunt, & uno ore locuti sunt de baptismo paruolorū, habuerūt igitur verbū Dei: nā veteres illi, quorū hic testimonia exhibemus, nō solū grauissimo testimonio hanc consuetudinē baptizandi infantes Apostolicæ traditionis esse cōfirmarunt, verū etiā ijsdē oēs rationibus & argumentis ex Propheticis, Euangeliis, & Apostolicis literis duc̄tis vntur, videlicet infantes originalis peccati

ANABAPTIST.

cati contagione vitiatos, peccati & mortis reos teneri, à quo nisi per aquam & spiritum renati purgentur, & sanguine Christi, qui per baptismum efficax est, abluantur, à societate corporis Christi, & ingressu regni cælestis excludi. Stultè igitur & temerè Menno iste Catholicis obijcit, quòd contraria scripserint de sacramento baptismatis paruulorum, ex quo concludere vult, non esse baptismum illum ex Spiritu sancto, quæ ratiocinatio si valet, certè hæc improbatio Pædobaptismi à Spiritu sancto non est. Alij enim qui Balthazarē & Satelarium sequuntur, quos Zuitzranos siue Helueticos vocant, ideo paruulos baptizandos negant, quòd de salute eorum nihil certi ex sacris literis statui possit. Quod verò legitur talium esse regnum cælorum, ad paruulos spiritu non ætate referunt. Quapropter cùm fides illis ad salutem tribui nequeat, neque baptismū qui

PRAEFATIO ADVER.

qui sine fide inanis est, illis tibi iure posse, cum scriptum sit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, &c. Alij verò qui Vbbonē & Mē nonē sectantur, oībus infantib⁹ etiā paganorū, citra vllū mediū aut vllas ceremonias, immunitatē peccati, & regnū cælestē attribuunt, virtute pmissionis illis factæ à Christo apud Matthæū: Sinite paruulos venire ad me, ipsorū est enim regnū cælorum, quare frustrà illos in remissionē peccatorū baptizari, quæ nulla habeat, ut qui ab originis vitio per sanguinē Christi abluti sint, quanq̄ non oēs in ea sententia cōueniāt, & eius auctores hāc promissionē salutis infantiū, ad semē tātūm Christianū initiò reulerunt. Qui verò primi annis ab

Vide Epist. Petri vene
rab. Abb. Cluniac.
contra ha
resim Pe
trobrusia
norum, &

hinc circiter 400. hui⁹ erroris auctores fuerūt, hac ratione baptismū infantiū improbasse videntur, q̄ sine fide & charitate nemo remissionē peccatorū, & salutē consequi possit, quibus

ANABAPTIST.

bus cùm infantes careát, eos in remis decretalē
fionē peccatorū & vitā eternā bapti- Innocent.
tert. Tit. de
baptismo
zari nefas esse. Cùm igitur hi Pēdoba
ptismi improbatores, cōtrarijs inter & eius effe
sc & pugnantibūs rationibus vtātur,
cōficitur sanè vel ipsius Mēnonis te-
stimonio, q̄ illorū doctrina nō spiri-
tū veritatis, sed spiritū mendacij ha-
beat auctorē. Quanq̄ hæc ratio, qua
Menno vtitur, si penitus inspiciatur,
firma nō est, nō enim consequēs est,
vt si falsæ & pugnātes rationes, ad ali
quid probandū adhibeantur, falsum
quoq; sit quod inde cōcluditur, po-
test enim aliquid esse verū, etiā si in
eo probando, falsis aliqui & pugnan-
ribus rationibus vtantur, est enim no
rū axioma illud Dialecticorū, ex fal-
sis verum sequi. Inane verò & friuolū
est, quod nonnulli ad eleuandam ho-
rum testimoniorum quæ in scriptis
veterum extant, auctoritatē adferre
solent, veteres illos ecclesiasticos scri-
ptores in scripturarum quarundam
explicatione, & dogmatū assertione

PRAEFATIO ADVER.

à vero aberrasse. Nā primū si quis
huiusmodi error in aliquo reperiāt,
is nequaquam omnibus communis
est, sed ab alijs statim deprehensus,
reprehēsus & correctus legitur. De-
inde in scripturis veterum, hoc discri-
men obseruandum est: Alia enim pri-
uatim opinionem aliquam probabi-
litate rationū animo impressam ex-
plicat: alia testimonium publicæ re-
ceptæq; in vniuersa ecclesia senten-
tiæ, vel consuetudinis continent: in
illis falsi humanæ infirmitatis est, hic
verò falsum aliquid admittere impro-
bi est atq; mendacis. Quod si hoc pu-
blicum testimonium falsum esse dica-
mus, sequetur quod est absurdissimū,
veteres illos omnes ecclesiarum pre-
fectos & doctores, per vniuersum or-
bem Christianum, falsos esse testes
Apostolicæ doctrinæ & traditionis,
quorum pleriq; Apostolicis tempo-
ribus vicini fuerunt, & traditionem
Apostolicam per manus posteris tra-
dide-

ANABAPTIST.

diderunt. Item sequetur doctissimos
illos eosdemq; sanctissimos viros, aut
per negligentiam & inscitiam igno-
rasse vim diuinorum literarum & A-
postolicæ doctrinæ, aut eam per ma-
litiam suppressisse & deprauasse. Ad
hæc in huiusmodi publico testimo-
nio, si vniuersæ ecclesiæ auctoritatē,
labi posse putemus etiam ipsarū scri-
pturarum, quas non nisi cōmendan-
te & testificāte vniuersa ecclesia ac-
cepimus, vacillabit auctoritas, aut si
credimus huic vniuersali ecclesiæ hāc
scripturam veram & Apostolicā esse
testificanti, cur non credimus eidem
hanc doctrinam & cōsuetudinē tin-
gendi infantes Apostolicam esse con-
firmāti. Quis igitur non videat, quan-
tæ impietatis & absurditatis sit, ecclæ
siam Christi, quæ est domus Dei, fun-
damentum & basis veritatis, existi-
mare hactenus, mox ab ipsis Aposto-
lorum temporibus, verum & legiti-
mum baptismi usum ignorauisse, imò

C baptis-

PRAEFATIO ADVER.

baptismum Christi concedendo infantibus prophanaſſe, ac nongentis iam propemodum annis, quo tēpore per vniuersum orbē Christianū, non alij ferē q̄ infantes baptizati sunt, nul lū in toto orbe, Christi mysterijs, sed Antichristi præstigijs initiatū fuisse, ac cum Christi baptismō fidem quoque veram & ecclesiam Christi interrijsse. Quæ igitur infania est, relictis & contēptis antiquissimis illis & sanctissimis, per vniuersum orbem Christianum diuinarum literarum interpretibus, qui doctrinam ab Apostolis acceptā & apud se depositā, fideliter dispensarūt nuper natos doctores, nouā & in ecclesia Christi inauditā doctrinā adferentes, sequi? At dicent se non auctoritate istorū nouorū doctorū, sed auctoritate diuinarū literarū, quā illi clarissimā opponūt, commoueri. Quid igitur, an verisimile est priscos illos patres, sanctissimos & eruditissimos viros, qui mox Apostoli-

ANABAPTIST.

stolica tempora consecuti sunt, falsos
esse testes Apostolicæ doctrinæ, aut
diuinarum literarum vim & Aposto-
licæ traditionis regulā vel ignorasse
vel corrupisse, nouis verò istis docto-
rib⁹, nec vītē sanctitate, nec eruditio-
nis sublimitate, illis vlla ex parte cōfe-
rēdis, sed plerisq; inauditarū & absur-
dissimarū opinionum in ecclesia, &
nonnullis etiā atrocium tumultuum in
republica auctoribus, tandem post mil-
le quingentos annos, veritatē Apo-
stolicæ doctrinæ, tanq; nouis Aposto-
lis esse patefactā. Quātò verò aptius,
q à Tertul. aduersus hæreticos sui tē-
poris dicta sunt, nostræ ætatis hæreti-
cis accōmodantur? cū enim dixisset.
Ceterū qđ apud multos vnum inue-
nitur, nō est erratū, sed traditū, cōti-
nuò subiicit. Audeat ergo, inquit, a-
liquis dicere illos errasse qui tradide-
runt. Quoquo modo sit erratum, tā-
diu vtiq; regnauit error, quandiu iste
hæreses nō erāt, alioq; Petrobrusian.

PRAEFATIO AD VER.

Henricianos, Zuitzeranos, Hofmannicos, Vbbitas, Mennonitas, libera
da veritas expectabat. Interea perpe
ram euangelizabatur, perperam cre
debat, tot millia millium perpera
tineta, tot opera fidei perperam ad
ministrata, tot virtutes, tot charisma
ta perperam operata, tot sacerdotia,
tot ministeria perperam functa, tot
deniq; martyria perpera coronata.
Oportuna quoq; huic loco videntur
verba Petri venerabilis Abbatis Clu
niacensis, quibus Petrobrusianis &
Henricianis, primis damnadi paruu
lorum baptisimi auctoribus iustissima
exclamatione respondet: Itane, in
quit, desipueré præterita secula, vt
tot millibus paruolorum per mille &
eò amplius annos illusorium baptis
ma tribuerent, & à Christi tempori
bus usq; ad vos, nō veros ei Christianos,
sed phantasticos crearent? Sicci
ne cœcatus est orbis terrarum? tan
taq; hucusque caligine inuolutus? vt
ad

ANABAPTIST.

ad aperiendos oculos suos, & ad tam diuturnam noctem illustrandā, post tot Patres, Martyres, Pontifices, & vniuersarum ecclesiarum Principes, vos tandem expectarit? & ad corrigendum longum errorem suum Petrum de Bruis & Henricum eius asseclam, velut Apostolos nouissimos elegerit? &c.

Cum autem hanc multitudinem in hanc Catholicam sententiam consentientium proferimus, solēt illi sibi de paucitate blandiri, eo nōne, quod Christus suos pusilliū gregem appellat, & paucos angustam eam portam quae ducat ad vitam, ingressuros affirmet. Atqui hæc non eò pertinent, quod Christus Euāgelij prædicacionem intra angulum aliquem orbis, intra paucos concludi, & post mille demūn & quingentos annos paucis quibusdā, ab vniuersali & perpetuæ ecclesiæ consensu se diuellentibus, & inter se acerrimè dissidentibus pate-

PRÆFATI O ADVER.

sieri voluerit. Quum potius Christus Euangeliū suū omnibus qui sunt per vniuersum orbem, gentibus annuntiari mandauerit, omnesq; gentes ad communionem Euangelij vocari, ecclesiamque suam per omnes terræ fines proferri, & ad seculi usq; consummationem propagari & conseruari voluerit, sed quod in eo ipso cœtu vocatorum, & Christi Sacramentis initiatorum, quorum nō exiguis numerus semper fuit & futurus est, pauci fuerint & futuri sint, qui Euangeliū Christi quod verbis & Sacramentorum symbolis profitentur, sincera erga Deū fide, & ardente in proximum charitate, totiusque virtutē nouitate & integritate sint prestaturi, quod à Christo significatū est, cùm inquit: Multos esse vocatos, paucos electos. Manet igitur paucitas illa (vt aduersus Faustum Manichæum rectè differit Augustinus) quam paucitatem Dominus præcipue com-

ANABAPTIST.

mendat, in ingenti atque innumera-
bili multitudine toto orbe diffusa,
quæ Catholicam constituit ecclesiā.
Ac ne quis hac auctoritate ecclesia-
sticæ consensionis & traditionis ob-
iecta, à diuinis literis se auocari pu-
tet, intelligat in ista auctoritate eccle-
siæ, etiam auctoritatem diuinorum li-
terarum contineri, nam quod de ba-
ptismo non iterando, eorum qui ex
hæresi venerāt, dicebat Augustinus,
idem de paruulorum baptismo dici
potest, Sequimur, inquit, sanè nos in
hac re etiam Canonicarum auctori-
tatem certissimam scripturarū, cùm Cresc. Grā
hoc facimus, quod vniuersæ iam pla-
cuit ecclesiæ, quam ipsarū scripturarū
comendat auctoritas. Idē de hoc eo-
dē baptismo paruulorū aduersus Do-
natistas, in obseruatione vniuersæ ec-
clesiæ auctoritatem Apostolicam in-
esse confirmat, quod vniuersa, in-
quit, tenet ecclesia, nec Concilijs in-
stitutum, sed semper retentum est,

Lib. I. cōt.
mat.ca. 31.

PRAEFATIO ADVER.

non nisi auctoritate Apostolica traditum rectissimè creditur . Atq; hæc ita dicta sint ac si hæc ipsa antiquitatis testimonia omni diuinarum scripturarum præsidio destituantur, verum hæc longè aliter se habere demonstrabimus .

Nā Augustinus cùm ex traditione vniuersę ecclesię paruu
mo contra Donatist. lib. 4. los, qui nōdum vel corde credere ad iustitiam, vel ore cōfiteri ad salutem possunt, non inaniter tamē baptizari afferat, quærenti diuinam auctoritatem, quāmuis meritò vniuersalis ecclesiæ obseruatio sufficiat, circumcisionis exemplum proponit, vt ex qua veraciter cōijci possit, quid valeat in paruulis baptismi Sacramētum, nam quāmuis priusquam circumcisionem acciperet, iustificatus sit Abrahā, qui iam corde crediderat, tamen infantē masculum octauo die circūcidit, qui nondum corde credere poterat . Si quis autem ampliorem diuinarū literarum auctoritatē requirat, eā quoque

ANABAPTIST.

que in his testimonijis paratam inueniet, namq; scriptores hij, nō sola hac vniuersali consuetudine, quod tamē satis esse debuerat, sed etiam diuinarum literarum aptis consentaneisq; testimonijis nituntur, quarum veram interpretationem & intelligentiam continent, in qua intelligētia omne diuinarum literarum robur cōsistit, neq; enim in dogmatū deceptione, scripturæ diuinę verba, quæ parti vtriq; dissentienti & litiganti, cōmunia esse possunt, sed intelligētia, quæ tanquam mens & animus est ipsius scripturæ, quæri & adhiberi debet, quæ intelligētia, ut rectè à veteribus dicitur, in ijs potissimum quæ ad regulam fidei pertinēt, ex antiqua perpetuaq; priscorum & sanctorum patrum consensione, & vniuersali traditione petenda est. Porrò rationes è diuinis literis ductæ, quibus iam olim ecclesia Christi, & qui in ea excel luerunt prisci sanctique doctores usi

C 5 fuere,

PRAEFATIO ADVER.

fuere, huiusmodi sunt.

I
Propositi-
o.

Iob. 14.

Psalm. 50.

Ioann. 3.

Roma. 5

Ephe. 2.
Galat. 3.

Infantes omnes ex Adam vitiosa traduce propagatos regos esse peccati, mortis, irae, atque damnationis, id quod his scripturæ locis probatur.

Iob. 14. Nemo mundus à sordibus, etiā si unius diei fuerit vita eius. Psal.

50. In iniuitate conceptus sum, & in peccatis cōcepit me mater mea. Ioā.

3. Quod natum est ex carne, caro est. Per unū hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors.

Per unius delictum in oēs homines in condemnationem, Eramus oēs natura filii irae. Conclusit scriptura omnia sub

peccatum, in quibus generalibus sententijs includuntur etiam infantes.

Infantes saluari non posse, nisi ab illo peccato mundentur, & à morte quam ex priore carnali natuitatem incurrerunt, regeneratione spirituali in nouam vitam restituantur ab ira Dei, per intercessionem Christi reconcilientur, à seruitute & damnatione

ANABAPTIST.

tione æterna, precio sanguinis Christi redimantur & liberentur. Huc faciunt omnia testimonia scripturæ, quæ omnes, qui sub peccato, morte, & damnatione tenentur, per gratiam Dei, & meritū passionis & mortis Christi, iustificari, viuificari, & redimi testantur. Sicut per vnius delli-Roman. 5. Etum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Omnes peccauerunt & Roman. 3. destituuntur gloria Dei, iustificantur autem gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ in Christo Iesu, &c.

Sicut in Adam omnes moriuntur, 1. Corin. 15 ita in Christo omnes viuificabuntur. Hebræ. 2. Item ut per gratiā Dei pro oībus gūstaret mortem. Si vñus pro omnibus mortuus est, ergo oēs mortui sunt, & pro oībus mortuus est Chīs, Esai. 53. Verè languores nostros ipse tulit, vulneratus est ppter iniquitates nostras, posuit

PRAEFATIO ADVER.

posuit Dominus in eo iniqüitates
omnium nostrum.

3 Hanc iustitiam & salutem, quae in
remissione peccatorum per sanguinem
Christi consistit, etiam ad infantes per-
tinere, nec à societate corporis Chri-
sti & adoptione filiorum, ac regni cæ-
lestis confortio infantes excludi, ne-
que à pacto Dei, & promissione gra-
tiae infantes esse alienos, id quod ma-
nifestè probatur ex verbis Domini

Gene. 17. ad Abraham. Ego sum Deus tuus, &
Deus seminis tui, in quo semine
etiam infantes intelliguntur. Idem
confirmatur ex eo quod Christus di-

Matth. 19. scipulis inquit. Sinite parvulos veni-
re ad me, talium est enim regnum cæ-
lorum, quos etiam infantulos sibi obla-
tos, complexu & benedictione dig-
natus est.

4 Non pactum modò & societatem
populi Dei ad infantes pertinere, sed
etiam eius pacti & societatis signum,
Gene. 17. id quod circuncisionis Sacramentum,
etiam

ANABAPTIST.

etiam infantibus adhibitum, certò declarat.

Non remissionem modò peccatorum, quæ est pactum noui testamenti, sed etiam eius pacti signū, hoc est, baptismum ad infantes pertinere, est enim baptisimus signum, imò mediū & organum, quo remissio peccatorū, adoptio, redemptio & regeneratio, ex Christi instituto & mandato confertur, ut patet ex his locis. Nisi quis Ioan. 3. natus fuerit ex aqua & spiritu, nō intrabit in regnum Dei. Saluos nos fecit per Iauacru regenerationis ac renouationis Spiritus sancti. In vno spiritu 1. Cor. 12. omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, in quibus generalibus sententijs, non minùs infantes comprehenduntur, quàm in reliquis, quibus peccato & morti obnoxij esse cōuincuntur. Certè sententia illa Christi quanqad Nicodemum priuatim pronunciata, semper ab omnibus ut generalis quædam definitio, ut Tullia-

PRAEFATIO ADVER.

tullianus, seu constitutio, vt Ambro-
sius loquitur, habita est, quæ vniuer-
sum genus humanum, carnali natiu-
tate peccato & morti addictum, ad vi-
tam æternam, & regnum Dei conse-
quendū, noua & spirituali natuuitate,
quæ per aquā & spiritū fiat, opus esse
Cōclusio p̄nunciat. ¶ Cūm igitur infantes rei
fint peccati & mortis, & ab illo pecca-
to & morte, nisi remissione peccato-
rū, & noua ac spirituali regeneratione
liberari nō possint, & à promissio-
ne salutis & regni dei, atq; huius pro-
missionis signo alieni non sint, conse-
quitur sanè in hoc nouo Testamēto,
baptismū in remissionē peccatorū &
societatē corporis Christi, etiā infan-
tibus conuenire, vt q; à Christo insti-
tutus sit, vt sit huius remissiōis, rege-
nerationis, & adoptiōis, & symbolū
& instrumentū. ¶ Neq; verò ignota
fuerunt ecclesiæ, & priscis ecclesiæ pa-
tribus, Euāgelicæ & Apostolicæ scri-
pturæ loca, in quibus p̄nitentia &
fides

A N A B A P T I S T .

fides ac vitæ nouitas, vñà cum baptis-
mo requiri videntur. Sciebant enim
probè hæc ad adultos, quibus hæc do-
ctrina primùm annūcianda est, quiq;
eā sibi liberisq; suis amplecti possunt,
esse referenda. Quod nō minùs in ve-
teri illo testamento fiebat, passim cū
ab illo populo vñà cū circumcisione
exigitur vt obseruent mandata Dei,
custodiant viā Dñi, & imprimis vt cir-
cūcidant præputiū cordis sui, quod
circumcisionis Sacramēto significa-
batur, q̄ quis per ætatē nōdū præsta-
re poterāt, nō tamē à societate popu-
li Dei & signo, quo ea societas fācie-
batur, excludebātur infantes. Ita ne-
que nunc à gratia noui Testamēti &
societate corporis Ch̄ri, atq; hui⁹ gra-
tię signo ac Sacramēto quod est Bap-
tismus, infantes arceriposse. Nāq; hic
vt tūc ita nunc quoq; loco pœnitē-
tię & fidei, parētiū & offerētiū obedi-
entiā & fidem infantibus imputari:
hoc quoq; circūcisioni & baptismo,

com-

PRAEFATIO ADVER. ANABAPT.
communem esse intelligebat, quod
cum vtrunq; signū sit rei spiritualis,
quæ à solis adultis, præstari possit, ta-
men rem ipsam in vtroq; Sacramen-
to aliquando ipsum signum præce-
dere, aliquando verò rem ipsam se-
qui, illius exemplum in Abraham, &
Cornelio huius in Isaaco, & infanti-
bus baptizatis spectari docet Augu-
stinus. Hæc est breuiter comprehen-
sa ecclesiæ Catholicæ prisorumque
patrum, antiqua, perpetua & cōcors
doctrina, diuinarum literarum au-
ctoritate confirmata, ut ex
ijs quæ modò subij-
cimus testimo-
nijs appa-
ret.

TESTI-

TESTIMONIA veterum ecclesiasticorum scriptorum, de baptis- mo paruolorum.

Irenaeus contra hæreses, lib. 2. cap. 39.

Mnes venit (Christus) per floruit
semetipsum saluare. Omnes sub annū
inquam, qui per eum renā- sexagesi-
scuntur in Deum, infantes mū ab æta
& paruulos, & pueros, & iuuenes, & te Aposto-
seniores. lorū, siue excessu Io-
an. Apost.

Tertullianus de anima.

Cui hominum non adhærebit spi- floruit
ritus nequam, ab ipsa etiam ianua na- sub annū
tiuitatis animas aucūpabundus, vel nonagesi-
quā inuitatus tota illa puerperij sū- mū ab ex-
perstitione, &c. adeò nulla fermē nati cessu Ioā:
uitas munda est vtique Ethnicorum. Aposto.
Hinc enim & Apostolus ex sanctifi-
cato alteritro sexu sanctos procreari
ait, tam ex feminis prærogatiua: q̄ ex
Institutionis disciplina. Ceterūm, in-
D. quī,

TESTIMONIA VETER.

quit, immundi nasceretur, quasi designatos tamen sanctitatis, & per hoc etiam salutis intelligi volens fideliū filios, ut huius spei pignora, mattimo nijs quæ retinenda censuerat, patrocinarentur. Alioqui meminerat Dominicæ definitionis. Nisi quis nascatur ex aqua & spiritu, nō introibit in regnum Dei, id est, non erit sanctus. Ita omnis anima usque eo in Adam censetur, donec in Christo recenseatur, tamdiu immunda, quāmdiu recenseatur: peccatrix autem quia immunda, recipiens ignominiam suam ex carnis societate.

Origenes in epist. ad Rom. lib. 5.

In cap. 6.
Natus ann. no 87. ab excess. Ioā. claruit sub annū 130. Denique & in lege pro illo qui natus fuerit, iubetur offerri hostia, par turorum, aut duo pulli columbini: ex quibus unus pro peccato, & aliis offertur hic pullus unus? Numquid non per auditus parvulus peccare potuit, & tunc habet peccatum, pro quo hostia iube-

DE BAPT, PARVVL.

iubetur offerri? à quo mundus nega-^{Iob. 14.}
tur quis esse, et si vnius diei fuerit vi-^{Quod nūc}
ta eius. De hoc ergo etiam Dauid di-^{iuxta Heb.}
xisse credēdus est illud. Quia in pec-^{editionē Ie-}
cato concepit me mater mea. Secun-^{gimus.}
dum historiā enim nullū matris eius
declaratur peccatū, Pro hoc & ecclē-^{quis po-}
sia ab Apostolis traditionē suscepit,^{test facetō}
et iā paruulis baptismū dare, sciebant
enim illi quibus mysteriorū secreta
cōmissa sunt diuinorum, quia essent
in oībus genuinæ fordes peccati, que
per aquā & spiritum ablui deberent,^{mundū de}
propter quas etiā corpus ipsum, cor-^{immundo}
pus peccati nominatur.^{cōceptū se-}
^{mīne, nō-}
^{ne tu qui}
^{solus es,}
^{veteres ex}
^{Græca edi-}
^{tione legē}
^{runt, quis}
^{enim erit}
^{mundus à}
^{sordibus?}
^{ne vnuis q-}
^{dē, etiam sī}
^{vnuis diei}
^{fuerit vita}
^{eius. Aug.}
^{lib. 6. cōt.}
^{Iulianum.}

Idem in Luc. Homil. 14.

Paruuli baptizantur in remissio-
nem peccatorū, vel quo tēpore pec-
cauerūt? aut quomodo potest vlla la-
uaci in paruulis ratio subsistere? nisi lib. 6. cōt.
iuxta illū sensum, de quo paulò antè diximus. Nullus mundus à forde, nec
si vnius diei quidem fuerit vita eius
super terram, & quia per baptisni

TESTIMONIA VETER.

Sacramentum, nativitatis fordes deponuntur, propterea baptizantur & paruuli. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non poterit intrare in regnum cælorum.

Id.in Leuit. Homil. 8.

Quòd si placet audire quid etiam alij sancti de ista nativitate senserint, audi Dauid dicentem: In iniquitate conceptus sum, & in peccato concepit me mater mea: ostendens quod quicunque anima in carne nascitur, iniquitatis & peccati forde polluit, & propterea dictum esse illud. Quia nemo mundus à forde, nec si vnius diei sit vita eius. Addi his etiam illud potest, vt requiratur quid causæ sit, cùm baptismus ecclesiæ in remissionē peccatorū det, secundū ecclesiæ obseruantiam etiam paruulis baptismum dari, cùm vtique si nihil esset in paruulis, quod ad remissionem deberet, & indulgentiam pertinere, gratia baptismi superflua videretur.

Dio-

DE BAPT. PARVVL.

Dionysius de ecclesiastica hierarchia.

Pueros verò etiam qui nondū diuinæ generationis participes fieri, videtur quidem, ut aīs, profanis hominibus meritò risu dignum, si eos qui audire non possunt, diuina Pontifices docent, & non intelligētibus frustrâ eos quæ sanctè tradita acceperunt, tradunt: quodq; magis ridiculum est, quasi pro ipfis alij ab renunciations dicunt, sanctasq; professiones, Pontificia autem sapiētia tua ijs qui in errore versantur, succēdere nō debet, sed religiosè pariter, ac eorū illustrationis doctrinæq; causa amanter respondere ad ea quæ obijciunt.

Cyprianus li. 3, epist. 8. ad Fidum presbyterū.

Quantum verò ad causam infantium pertinet, quos dixisti, intra secundum vel tertium diem quo nati sunt, constitutos baptizari non oportere, & considerandam legem esse, circuncisionis antiquæ, ut intra octa-

Si Areopagitæ ille
lit, vixit ætate Pauli
Apost. fin post Cle-
mentē Ale-
xandrini, ut minimū
centesimo ab excessu
Ioannis anno.

Martyrio
afficitur
anno 158.
ab ætate
Apostolo-
rum.

TESTIMONIA VETER.

uum diem, eum qui natus est baptizandum & sanctificandum non putares, longè aliud in concilio nostro oībus visum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciēdūm nemo consensit, sed vniuersi potius iudicauimus, nulli hominum nato misericordiam Dei & gratiam denegandam. Nam cùm Dominus in Euangelio suo dicat: Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed salvare, quātum in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda est.

Nam Deus vt personam non accipit, sic nec ætatem cùm se omnibus ad cælestis gratiæ consequutionem æqualitate librata, præbeat parcm.

Propter quod neminem putamus à gratia consequenda impediendum esse, à lege quæ iam statuta est, nec spiritalem circumcisionem impediri carnali circumcisione debere. Sed omnem omnino hominem admittendum esse ad gratiam Christi, cùm

&

DE BAPT. PARVVL.

& Petrus in actibus Apostolorum lo-
quatur & dicat. Dominus mihi di-
xit, neminem hominem communem
dicendum & immundum. Cæte-
rū si homines impedire aliud ad
consecutionem gratiæ posset, ma-
gis adultos & prouectos, & maio-
res natu possent impedire peccata
grauiora. Porro autem si etiam gra-
uissimis delictoribus, & in Deū mul-
tum antè peccantibus, cùm posteā
crediderint, remissa peccatorum da-
tur, & à baptismo atque gratia ne-
mo prohibetur, quanto magis pro-
hiberi non debet infans, qui recens
natus nil peccauit, nisi quod secun-
dum Adam carnaliter natus, conta-
gium mortis antiquæ prima nativi-
tate contraxit? qui ad remissam pec-
catorum accipiendam, hoc ipso faci-
lius accedit, quod illi remittuntur
non propria, sed aliena peccata.

De hoc loco ita August. ad Hiero. Epist. 28.

D 4 Bea-

TESTIMONIA VETER.

Beatus Cyprianus non aliquod decretum condens nouum, sed ecclesię fidem firmissimam seruans, ad corrīgendum eos, qui putabant ante octauum diem Natiuitatis non esse baptizandum.

Gregorius Nazianzenus Theologus in sanctis lauacrum, oratione tertia,

Claruit
Sub annū
270. post
Apost.

Quòd si tibi infans est, non surripiat malitia tempus, ex pueritia sanctificetur, ex vnguis spiritui consecratur, tu ob naturæ imbecillitatē signaculum reuereris? Quàm pusillanimis mater & fidei modicæ? At Anna priusquam natus esset Samuel, illum Deo vouit, natumq; confessim sacris initiat, ac in sacra educat stola, non humana formidans, sed Deo credens, &c.

Da infanti Trinitatem magnam & præstantissimam custodiam.

Ibidem.

Sed dicet quispiam, sint hæc de ijs qui baptismū expetere possunt, quid vero

DE BAPT. PARVVL.

verò de infantibus aīs, qui neque quid gratia quidue sit pœna cognoscunt, num & illos baptizemus? maximè quidem, si periculum quoddam imminet, melius est enim nōdum rationis compotes sanctificari, quam non signatos & initiatos vita exceedere, idq; nobis designat post octauū diem circūcisio illa, quæ figurale fuit signaculum, ac propter irrationales introducta, quemadmodum & propter rationis expertes, postium inunctione illa custodiens primogenita.

Ioannes Chrysost. Homil. ad Neophitos
sive de baptizatis.

Benedictus Deus qui facit mirabilia solus, qui facit vniuersa & conuerdit vniuersa. Ecce libertatis serenitate perfruūtur, q[ui] tenebātur paulò antē captiui: & ciues ecclesiæ sunt, q[ui] fuerunt in peregrinationis errore: & iustitiæ in sorte versantur, qui fuerunt in confusione peccati. Nō enim sunt tantum liberi, sed & sancti, non tan-

D 5 tūm

Claruit
sub annū
à temporib.
bus Apost.
300.

TESTIMONIA VETER.

tum sancti, sed & iusti, non solum iusti, sed & filij, non solum filij, sed hæredes, non solum hæredes, sed & fratres C H R I S T I, nec tantum fratres Christi, sed cohæredes, non solum cohæredes, sed & membra, non membra tatum, sed & templum, nec tantum templum, sed organa spiritus. Benedictus Deus qui facis mirabilia solus, vides quot sunt baptismatis largitates? sed multis quidem videtur cælestem gratiam in peccatorum tantum remissione consistere. Nos autem honores computauimus decem. Hac de causa & iam infantulos baptizamus, ut non sint coinqinati peccato, ut ipsis addatur sanctitas, iustitia, adoptio, hæreditas, fraternitas Christi, ut eius membra sint omnes, ut spiritus habitatio fiat.

Hanc postremam sententiā ita protulerunt Pelagiani. Hac de causa etiā infantes baptizamus, cum nō sint coinqinati peccato, &c. qd' de originis pec-

DE BAPT. PARVVL.

peccato intelligebant. Quare Augu-
stinus ipsa Græca verba apposuit, *τὸν καὶ τὰ παιδία ταπτίζομεν, καὶ τοι ἀμαρτημάτα
ἔνειχοντα*, quod est latinè. Ideo & in-
fantes baptizamus, quāmuis peccata
non habentes. Vides, inquit, non ab
eo dictū esse, paruulos nō coinqui-
natos esse peccato siue peccatis, sed
non habere peccata, intellige pro-
pria.

Idem Homil. 40. in Genes.

Nostra autē circūcisio, vel baptismatis inq̄ gratia, medicinā habet citra dolorē & innumera bona nobis ad-
fert, & Spiritus S. gratia nos implet,
& nullum definitum habet tempus,
sicut illic, sed licet & in prima, & in
media, & in vltima ætate, hanc non
manufactam circumcisionem reci-
pere, in qua non sustinetur labor, sed
peccatorū deponuntur onera, & re-
missio inuenitur omniū peccatorū,
quæ per totā vitam gesta sunt. Quip-
pe cùm Deus videt grauē nostrā infir-
mita-

TESTIMONIA VETER.

mitatem, & quòd agrotaremus incu-
rabiliter, summaq; indigeremur me-
dicina, ac indicibili misericordia, di-
spensans nostram salutē, largitus est
nobis per lauacrum regenerationis
innouationem, ut deposito homine
vetere, hoc est, operibus malis, in viā
virtutis eamus.

Idem in Psalm. 14.

Qui docet de iustitia & cæteris vir-
tutibus, non debet in finem vitæ suæ
suadere hæc acquirere, sed initio ab
ipsis incunabulis, & à teneris vngui-
bus, cum eis versari, eius autē est ex-
perientia. Adducit quispiam infantē
adhuc vbera sugétem, ut baptizetur,
& statim sacerdos exigit infirma æta-
te pacta conuenta, &c.

Idem, Homil. de Adam & Eva.

Ergo ideo prædicat ecclesia catho-
lica vbiq; diffusa, debere paruulos ba-
ptizari, propter originale peccatum,
quia filios pcreare ex præcepto Dei
venit, cupiditas verò quæ facit filios

pro-

DE BAPT. PARVVL.

procreare, ex poena peccati venit.
Ideoque ille clamabat: sanctissimus,
& benè clamabat. In iniquitatibus
conceptus sum, & in peccato conce-
pit me mater mea, quia sine peccato
nullus hominum concipitur.

Ambroſi.li.10.Epiſt.89. ad Demetriadē uirg.

Huic Adæ peccatum exemplo po-
ſteris asserebatur nocuisse, non tran-
ſitu: & quām illi possibile fuerat nōn
violare mandatum, tam liberum eſſe
vnicuiq; declinare delictum. Hinc e-
vacuatio baptismatis paruulorū, qui
ſola adoptione donari, nullo autem
reatu dicerentur absolui, &c. Nō au-
tem fruſtrà Ioannes pteſtatur, & di-
cit: Ecce agnus ecce qui tollit pecca-
tum mūdi. Nec fruſtrà ſcriptum eſt:
Nemo mundus à forde, nec infans
cuius vnius diei eſt vita ſuper terram.
Et quis poterit facere mundū de im-
mundo conceptum ſemine, nónne
tu quiſ ſolus eſt? propter quod ſicut
nunc manet in ecclesia constitutio
ſal-

De Pelagia
nis loqui-
tur.

Scriptis
claruit ſub
annum ab
Apoſt.28o.

TESTIMONIA VETER.

saluatoris dicentis : Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum. Ita sacratissimè erat in lege præcautum, ut natus puer, nisi in die circumcidetur octauo : exterminaretur anima eius de populo suo , nullum in hæreditate Israel habitura confortium. Quæ omnia & multò plura documenta, non tanta cura sacris paginis Spiritus sanctus inseruisset, si talis esset natura in filijs Adam , qualis in ipso est principaliter instituta. Sed quia filius Dei venit , vt solueret opera diaboli. & vt quæreret ac saluaret quod perierat , manifestum est omnes in Adam damnationi obnoxios esse nascendo , nisi in **CHRISTO** liberati fuerint renascendo. Vnde vigilanter nobis considerandum est : in ipso regenerationis munere quid geratur . Quàmuis enim ad vnum concurrant omnes eiusdem mysterij portiones, aliud tamen est

DE BAPT. PARVVL.

est quod visibiliter agitur: Nec idem est in Sacramento forma, quod virtus, cum forma cum humani mysterij adhibetur obsequio: virtus autem per diuini operis praestetur effectum. Ad cuius utique potentiam referendum est: quod dum homo exterior abluitur, mutatur interior, & fit noua creatura de veteri, vas irae in vasa misericordiae transfruntur, & in corpus Christi conuertitur caro peccati. De impijs iusti, de captiuis liberi, de filijs hominum sunt filii Dei: Qui non ex sanguibus, neque ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo natu sunt.

Ambrosius in Lucam.

Iordanis conuersus est retrorsum, significauit salutaris lauaci futura mysteria, per quae in primordia naturae suae qui baptizati fuerint, parvuli à malitia reformantur.

Hiero.

TESTIMONIA VETER.

Hieron ad Lætam de institutione filiæ.

Nascitur Nisi fortè existimas Christianorū
ab excessu filios, si baptisma non receperint, ip-
B. Ioannis anno 231. os tantum reos esse peccati, & non
moritur etiā scelus referri ad eos qui dare no-
302. luerint, maximè eo tempore quo cō-
tradicere non poterāt, qui accepturi
erant, sicut è regione salus infantium
maiorum lucrum est.

August. de Bapt. cont. Donat. lib. 4. cap. 23.

Natus sub Quod traditum tenet vniuersitas
annum ab ecclesiæ, cùm paruuli, infantes bapti-
Apost. 254. zantur, qui certè nondum possunt
mortuus 330. corde credere ad iustitiā, & ore con-
fiteri ad salutem, &c. & tamen nullus
Christianorum dixerit eos inaniter
baptizari. Etsi quisquam in hac re au-
ctoritatē diuinam quærat, quanq;
quod vniuersa tenet ecclesia, nec cō-
cilijs institutum, sed semper retentū
est, nō nisi auctoritate Apostolica tra-
ditum rectissimè credimus, tamen ve-
raciter coniçere possumus, quid va-
leat paruulis baptismi Sacramentum

ex

DE BAPT, PARVVL.

ex circumcisione carnis, quam prior populus accepit, quam priusquam acciperet, iustificatus est Abraham. Sicut Cornelius etiam dono Spiritus sancti priusquam baptizaretur, ditatus est. Dicit tamen Apostolus de ipso Abraham. Signum accepit circuncisionis, signaculum fidei iustitiae, quia iam corde crediderat, & deputatum illi erat ad iustitiam: Cur ergo ei præceptum est, ut omnem infantem masculum, octauo die circucideret, qui nondum poterat corde credere, ut ei deputaretur ad iustitiam, nisi quia & ipsum per semetipsum Sacramētum multum valebat, quod in filio Moysi per angelum manifestatum est, qui cùm adhuc incircucisus à matre ferretur, præsenti & evidenti periculo ut circumcideretur exactum est, & cùm factum esset, depulsa est pernices. Sicut ergo in Abraham præcessit fidei iustitia, & accessit circumcisio, signaculum fidei iustitiae: ita in

E Cor-

TESTIMONIA VETER.

Cornelio præcessit sanctificatio spiritualis, in dono Spiritus sancti, & accessit Sacramentum regenerationis in lauacro baptismi. Et sicut in Isaac, qui octauo suæ nativitatis die circumcisus est, præcessit signaculum iustitiae fidei, & quoniam patris fidem imitatus est, secuta est in crescente ipsa iustitia, cuius signaculum in infante præcesserat, ita & in baptizatis infantibus præcedit regenerationis Sacramentum. Etsi Christianam tenuerint pietatem, sequitur in corde conuersio, cuius mysterium præcessit in corpore.

August. de uerb. Apost. Serm. 14.

Inter cætera quæ dicēda videbantur, ad baptisma paruulorum, noster sermo deductus est. Sollicitos autem nos facit non ipsa sententia, iam olim in ecclesia catholica summa auctoritate fundata, sed disputationes quorundam, quę modò crebrescere, & multorum animos euertere moluntur,

DE BAPT. PARVVL.

untur, &c. Videamus ergo quid ab eis pponatur, quid eos mouet, quoniam & de ipsis, non tam refellendis quam sanandis cogitare debemus, non ergo quæstio est inter nos & ipsos, vtrum paruuli baptizandi sint, sed de causa quæritur quare baptizandi sint. Baptizandos esse paruulos nemo dubitet, quando nec illi hinc dubitant, qui ex parte aliqua cōtradicunt. Sed nos dicimus eos aliter salutem & vitā æternā non habituros, nisi baptizētur in Christo: illi autem dicunt nō propter salutem, sed propter regnum cælorum.

Ibidem.

Dic mihi obsecro te, paruulis baptizatis C H R I S T V S aliquid prodest, an nil prodest? Necesse est ut dicat prodesse, premitur mole matris ecclesiæ. Fortè quidem vellet hoc dicere, nam rationes eorum ad hoc videtur cōpellere, sed auctoritate reprimūtur ecclesiæ, si enim

E 2 dixe-

TESTIMONIA VETER.

dixerint, Christum nil prodesse baptizatis infantibus, nil aliud dicunt, q̄ superfluè baptizantur infantes, vt autem non superfluè baptizentur, quia hoc dicere non audēt, prodesse Christum baptizatis infantibus confitentur. Si p̄dest baptizatis, quāro quibus profit, Credentibus, an non credentibus? Sed absit vt ego dicam nō credentes infantes. Iam superiū disputauī, credit in altero qui peccauit in altero, dicitur credit & valet, & inter fideles baptizatos computatur. Hoc habet auctoritas matris ecclesiæ, hoc fundatus veritatis obtinet Canon, cōtra hoc robur, cōtra hunc inexpugnabilem murum, quisquis arietat ipse confringitur. Fundata ista res est, ferendus est peccator errans in alijs quæstionibus non diligenter digestis, nondum plena ecclesiæ auctoritate firmatis, ibi ferendus est error, non tantum progredi debet, vt & fundamentū ipsum ecclesiæ, qua-

DE BAPT. PARVVL.
quatere moliatur.

Idem Epist. 89.

Quòd autem dicunt infantē morte præuentum, non baptizatum percire nō posse, quoniam sine peccato nascitur, non hoc dicit Apostolus, & arbitror esse melius ut Apostolo potius q̄ istis credamus. Dicit enim ille Doctor gentium, in quo Christus loquebatur: Per vnum hominem peccatum intravit in mundū, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Et paulò post dicit: Nam iudicium quidem ex uno delicto in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem: proinde isti quem fortè inuenerint infan-tem, non ex illius vnius hominis concupiscentia procreatum, ipsum dicāt illi damnationi non esse obnoxium, nec per Christi gratiam ab illa damnatione esse liberādum. Quid est enim ex uno delicto in condemnationem,

E 3 nisi

TESTIMONIA VETER.

nisi illo delicto quo deliquit Adam? Et quid est ex multis delictis in iustificationem, nisi quia Christi gratia non solum illud delictum soluit, quo obstringuntur infantes, ex illo uno homine procreati, sed etiam multa delicta, quae cum creuerint homines, addunt malis moribus suis? Tamē & ille unū, quo est obligata paga carinalis, quae ab illo primo homine originē dicit, sufficere dicit ad cōdemnationē. Ideo nō est superfluus baptismus parvularū, ut qui per generationē illi cōdēnationi obligati sunt, per regenerationem ab eadem cōdemnatione liberentur. Et sicut non inuenitur homo qui ab eadē condēnatione soluat, sic nō inuenitur homo q̄ præter Ch̄rm spiritualiter regeneret. Carnalis autē generatio delicto illo vni & damnationi eius obnoxia est: spiritualis verò regenerationē nō solum illud unū, ppter quod baptizātur infantes, sed multa delicta facit aboleri, q̄ homines

DE BAPT. PARVVL.
mines malè viuendo, ad illud in quo
generati sunt, addiderunt.

Ibidem.

Per vnum hominem peccatum in-
trauit in mundum, &c. vñq; peccaue-
runt. Sicut ab illo vno homine, sic ab
eodem peccato infantes immunes es-
se non possunt, nisi ab eius reatu, per
Christi baptismum resoluantur.

Ambros. de uocat. gent. lib. 2. cap. 8.

Vnde cùm omnes homines velit
Deus saluos fieri, quid est quod alien-
atur à salute perpetua tanta infan-
tium multitudo? totq; in his etatibus
hominum millia extra vitam relin-
quuntur æternā? quasi ad hoc tantū
conditi sunt ab eo (qui neminem o-
diēs creauit) ut quia in hunc mundū
cū peccati carne venerunt: insolubi-
lis culpæ vincula, sine reatu propriæ
actionis incident, quid hoc pro-
fundius: quid mirabilius esse potest?
Neque credi fas est eos qui regene-
rationis nō adepti sunt Sacramentū,

E 4 ad

TESTIMONIA VETER.

ad ullum beatorum pertinere consor-
tium. Veruntamen de hac altitudine
discretionis Dei, non conturbabitur
cor nostrū: si firma & stabili fide om-
ne iudicium Dei, iustum esse creda-
mus: nec appetamus habere cognitū
quod voluit esse secretum: ut vbi in-
vestigare non potest, quare ita iudi-
cet: sufficiat scire quis iudicet.

Cùm enim consideramus inter pa-
ganos, inter Iudæos, inter hereticos,
inter ipsos catholicos Christianos: q̄
multiplex pereat numerus paruulo-
rum, quos quantum ad proprias per-
tinet voluntates, neq; bonum aliquid
neq; malum constat egisse, discimus
super eos illam manere sententiam,
quām humanum genus prævarica-
tione primi parētis excepit, cuius sen-
tentiae rigor dum etiā circa tales non
resoluitur, quām magnum illud pec-
catum fuerit, demonstratur. Nemo
enim putaretur non innocens nasci,
nisi etiā talib⁹ esset noxiū nō renasci,

August.

DE BAPT. PARVVL.

August. de Genes. ad literam. lib. 10. cap. 23.

Consuetudo matris ecclesiæ in baptizandis paruulis , nequaquam spernenda est, neq; vlo modo superflua deputāda, nec omnino credēda, nisi Apostolica esset traditio . Habet em & illa parua ætas, magnum testimoniij pondus , quæ prima pro Christo meruit sanguinem fundere.

Hieron. lib. 3. aduersus Pelag.

Crito. Dic quæso, & me omni libera quæstione, quare infantuli baptizentur? Atticus. Ut eis peccata in baptismate dimittant. Crit. Quid enim cōmeruere peccati. Quisquāne soluitur non ligatus? Attic. Me interrogas. Respondebit tibi Euāgēlica tuba , Doctor gentium, vas aureum in toto orbe resplendens. Regnauit mors ab Adam vsq; ad Moy-sen , etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adā, qui est forma futuri. Quod si obieceris, dici esse aliquos qui non

E 5 pecca-

TESTIMONIA VETER.

peccauerunt, intellige eos illud non
peccasse peccatum, quod peccauit
Adam præuaricado in paradyso pre-
ceptum Dei. Ceterum omnes homines,
aut antiqui propagatoris Adam, aut
suo nomine tenentur obnoxij. Qui
parvulus est, parvus in baptismō vin-
culo soluitur. Qui eius ætatis est, que
potest sapere, & alieno & suo, Chri-
sti sanguine liberantur.

Concil. Carthag. 5. cap. 6.

Placuit de infantibus, quoties nō
inueniuntur certissimi testes, qui eos
baptizatos esse sine dubio testentur,
neque ipsi sunt per ætatem idonei,
de traditis sibi Sacramentis respon-
dere, absq; ullo scrupulo illos esse ba-
ptizandos. Simile habes Epist. Leo-
nis Pp. ad Leonem Episcopū Rauen-
naten. Hoc titulo de parvulis qui in
captiuitatem venerunt, & baptismū
non reminiscuntur se consecutos.

Ex Epist. Concil. Carthagin,
ad Innoc. Pap.

Par-

DE BAPT. PARVVL.

Paruulos etiam propter salutem, Innocent.
quæ per saluatorem Christū datur, hic Ponti-
sex Roma.
baptizandos negat, ac sic eos morti- creatus est
fera doctrina in æternū necant, pro- sub annū
mittentes etiam si non baptizentur, ab Apost.
300.
habituros vitam æternam nec perti-
nere ad eos, de quibus Dominus ait:
Venit filius hominis querere & sal-
uare quod perierat. Quia inquiunt
isti non perierant, nec est quod in eis
saluetur, vel tanto precio redimatur,
quia nil est in illis vitiatum, nil tene-
tur sub diaboli potestate captiuum,
nec pro eis fusus esse sanguis in remis-
sionem legitur peccatorum, quanque
per baptismum Christi etiam paruu-
lorum fieri redemptionē, libello suo
Cælestius in Carthaginiensi ecclesia
iam confessus est.

Ibidem.

Quicunque negat paruulos per
baptismum Christi à perditione libe-
rari, & salutem percipere sempiter-
nam, anathema sit.

August.

TESTIMONIA VETER.

August. & cæteri Episcopi Mileuita.

Concilij ad Inno.

Pueros quoque paruulos, si nullis
innouentur Christianæ gratiæ Sacra-
mentis, habituros vitam æternā, ne-
quam præsumptionem contendunt,
euacuantes quod dicit Apostolus,
Per vnum hominem peccatum in-
travit in mundum.

Concil. Mileuit. cap. 2.

Habitum
est sub In-
nocentio.

Item placuit, ut quicunque paruu-
los, recentes ab vteris matrum bapti-
zados, negat aut dicat in remissionē
quidem peccatorum eos baptizari,
sed nil ex Adam trahere originalis
peccati, quod regenerationis laua-
cro expietur, vnde fit consequens, vt
in eis forma baptismatis in remissio-
nē peccatorum, nō vera sed falsa in-
telligatur, anathema sit, quoniā non
aliter intelligendum est quod ait A-
postolus: Per vnum hominem pecca-
tum intravit in mundum, & per pec-
catum mors, & ita in omnes homi-
nes

DE BAPT. PARVVL.

nes pertransijt, in quo omnes peccauerunt, nisi quemadmodum ecclesia Catholica ubiq; diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fideli, etiam paruuli, qui nil peccatorū in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

Leo Papa ad Episcopum Aquilegiensem.

Ideo etiam paruulos dicunt, si si-
ne baptismo hinc de seculo exierint, Creatus est
Episco. Ro
ma. sub an
nū 340. ab
excess. Ioā.
Aposto.
non posse damnari, neq; reos in pec-
cato Adē teneri, sed ad regnum Dei,
vel ad vitam æternam, sine vlla cun-
ctatiōe venire, cūm Apostolus dicat:
Per vnum hominem peccatum in-
trasse in mundū: & per peccatū mor-
tem, & ita in omnē hominē pertran-
sijisse, propter quod & ipsi paruuli ba-
ptizantur. A paruulo enim recēns na-
to, vsque ad decrepitum senē, quam-
libet corporis ætatē gerant, sic vt nul-
lus

TESTIMONIA VETER.

Ius prohibendus est à baptismo . Sed paruuli originali, maiores autem his omnibus moriuntur peccatis , quæcunque malè viuendo addidere ad illud, quòd nascendo traxere.

HÆc sunt testimonia priscorū Patrū q̄ ad dijudicādā hāc controuersiā de paruulorū baptismo nřa etate à quibusdā infauistis hoib. excitatā sufficere arbitramur. Nā cùm hi oēs quorū testimonia pduximus, continuata ab Apostolis serie, diuersis temporib. & locis ecclesiarū Chři rectores & doctores fuerūt, non dubiū est hāc sententiā à singulis tanq̄ vno ore pronunciatā, cōmunē esse doctrinā totius ecclesiæ, quā ecclesia ab Apostolis acceptā, ad posteros trāsmisit. Eadē autē disputādi ratione in argumen to haud ita dissimili, ante annos cētū supra mille usus est B. August. aduersus Iulianū Pelagianū . Damnabant enim Pelagiani eā sententiā catholicon, q̄ asserebāt paruulos nasci peccato

DE BAPT. PARVVL.

cato primi hoīs obligatos, & ob hoc
esse sub diabolo, nisi renascantur in
Christo. Ad quā sententiā cōfirman-
dā, & cum ea pugnantem Pelagianū
errorē refellendū, cùm prēsentiu ep̄i-
scoporū iudiciū, vt suspectū incusa-
rēt, antecedētiū episcoporū & docto-
rū ecclesiē auctoritatē, quā defugere
nullo modo poterant, illis opposuit.
Quare q ab illo post enumeratas &
explicatas hasce episcoporū senten-
tias dicta sunt, cōuenientissimè huic
loco quadrare vidētur. Itaq; nōnulla
ex illis adscribere visum fuit.

August. contra Julianum Pelag. lib. 2.

Proposuimus hīc auctoritatis mo-
lē sanctorū, qui episcopi ante nos nō
solū sermone cū hīc viuerēt, verū etiā
scriptis, q posteritati reliquerēt, fidē
catholicā strenuē defenderunt, &c.
Certē ipse dixisti q oēs iudices ab o-
dio, amicitia, inimicitia, ira, vacuos
esse deceat, pauci tales potuerūt iue-
niri, sed Ambros. aliosq; collegas ei,
quos

TESTIMONIA VETER.

quos cum illo commemorauit, tales
fuisse credendum est, verum et si ta-
les non fuerunt in his causis, quas ad
se delatas & inter partes cognitas
cum hic viuerent, suoque iudicio de-
finierunt, ad hanc tamen causam ta-
les erant, quando de illa sententias p-
tulerunt, nullas nobiscum vel vobi-
scum amicitias attenderunt, vel ini-
micitias exercuerunt, neque nobis
neque vobis irati sunt, neque vos ne-
que nos miserati sunt. QVOD INVE-
NERVNT IN ECCLESIA, TENVE-
RVNT: QVOD DIDICERVNT, DO-
CVERVNT: QVOD A PATRIBVS AC-
CEPERVNT, FILIIS TRADIDERVNT.
Nondum vobiscum apud istos iudices
agebamus, & apud eos acta est causa
nostra, nec nos nec vos eis notifue-
mus, & eorum pro nobis latas cōtra
vos sententias recitamus, nondū vo-
biscum certabamus, & eis pronunci-
antibus, viciimus.

Talibus post Apostolos sancta ec-
clesia

DE BAPT. PARVVL.

clesia plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, pastoribus, nutritoribus creuit. Ideo prophanas voces vestræ nouitatis expauit, & cauta ac sobria ex admonitione Apostolica, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & mens eius corrumpetur à castitate quæ in Christo catholice fidei virginitati infidias vestri dogmatis surrepentis exhorruit, & tanquam caput colubri calcauit, obtruit, abiecit. His igitur eloquijs ac tanta auctoritate sanctorum, profectò aut sanabimini Dei misericordia donante, quod quantum vobis optem, videt qui faciat, aut si (quod abominor) in eadem quæ vobis videtur sapientia, & est magna stultitia, perduraueritis, non vos iudices quæsituri estis, ubi causam vestram purgetis, sed ubi tot sanctos Doctores egregios atque memorabiles catholicæ veritatis accusetis, Ireneum, Cyprianum, Gregorium Nazianzen-

F num,

TEST. VET. DE BAPT. PAR.
num, Chrysostomum, Ambrosium,
Hieronymum, cæterosque socios ac
participes eorum, insuper & vniuer-
sam Christi ecclesiam, cui diuinæ
familia dominica cibaria fide-
liter ministrantes, ingen-
ti in Domino glo-
ria clarue-
runt.

BREVIS

BREVIS EXPO-
fitio de auctoritate consue-
tudinis vniuersalis bapti-
zandorum infantium, &
varijs ritibus baptismi
celebrandi.

GEOR. CASSANDRI.



Aximum verò &
principuum testimoniij & auctoritatis
pondus, huic bap-
tismo paruolorum
accedit, ex consue-
tudine vniuersali &
perpetua, quæ in
hunc usque diem, per omnes totius
terrarum orbis, quæ extant ecclesiæ,
extat autem extra Romanam ditio-
nem permultæ, constantissimè reti-
netur. Nam eæ quæ per Græciam,
Asiam, Syriam, Ægyptum atque In-

F 2 diam,

EXPOSIT. DE AVCTOR.

diam, adhuc reliquæ sunt ecclesiæ,
item Ruteni atq; Moscouij, qui Græ-
corum instituta sequuntur: denique
Æthiopes, pretiosi Ioannis, quem vo-
cant, imperio subiecti, hæ omnes, in-
quam, gentes Christianæ professio-
nis, quāmuis nonnullis opinionibus
& ritibus inter se disiuncte sint, tamē
in consuetudine baptizandorum in-
fantium, omnes iam olim inter se co-
ueniūt, quanquā in Ceremonijs ad-
ministrandi baptismi, nonnihil discri-
minis est, nam omnes nationes extra
fines Latinos, quorum ritus cogno-
scere licuit, statum baptismi diē, nisi
mortis periculo intercedente, hoc
est à partu quadragesimū expectant.
Æthiopes verò in fœminis etiā qua-
dragesimum, qua de re extat consti-
tutio Leonis Imperatoris', quam hic
quòd à proposito aliena nō sit asscri-
bam. Et sancè de infantibus, eundem
ad modum constituimus, ut si nō in-
quietentur, inimicosque naturæ ca-
sus

Constitu-
tione 17.

CONSVE. BAPT. INFAN.

fus superent, antequam gratiæ splen-
dore illustretur, quadragesimus dies
expectetur, &c. Si tamen & octauo à
partu die, aliquis baptizare volet, ne-
que absurdum fuerit, verùm hæc ob-
tinent, si nulla necessitas quæ morte
minetur, existat: at si periculum ali-
quod emergat, intra octauum diem
sacra lotio peragatur, ne non illumina-
natus discedat. Quàmuis itaque ut
dixi, omnes hæc gentes Ceremonijs
quibusdam & obseruationibus inter-
se varient, morem tamen illum bap-
tizandorum infantium, à maioribus
acceptum constanter retinent, de
Græcis dubium non est, quin & ipsi
Venetijs in ipsorum æde sacra, infan-
tem Græcanico ritu baptizari vidi-
mus. De Ruthenis atque Moscouijs
non vsq; adeò à nobis remotis idem
constat. Extant & apud nos typis ex-
cusi, ritus baptismi Ruthenorum, Ar-
meniorum & Æthiopum, plorum &
doctorum virorum studio Latinitate

F. 3 donati,

EXPOSIT. DE AVCTOR.

donati, qui omnes infantes haud se-
cūs atq; adultos apud ipsos baptizari
testantur, nisi quòd infantium nomi-
ne susceptores respondeār. Testatur
idem de Indis Christianis, qui sunt
Charranganoræ, nonaginta milliari-
bus à Calcutio dissiti, Iosephus In-
dus in sua nauigatione. De Æthio-
picis verò Franciscus Aluares, cuius
nauigationes & itinera Italica lin-
gua prostāt. Hæc certè manifesto ar-
gumento sunt, non priuati alicuius
hominis aut ecclesiæ instituti, sed
communis & generalis totius eccl-
esiæ moris esse huiusmodi baptismū.
Neque enim credibile est, quòd aliæ
ecclesiæ hanc consuetudinem apud
se aliquando damnatam, ab alijs ec-
clesijs mutuauerint, cùm etiam in
rebus indifferentibus, singulæ illæ
ecclesiæ, in suis & domesticis ritibus
retinendis, & aliarum ecclesiarum
ritibus aspernandis, plus satis con-
stātes & propè pertinaces sint, quod
vel

CONSVE. BAPT. INFAN.

vel ex eo patet, quod Græci, quorum
fuit præcipua auctoritas, nunquam
in hunc usque diem adduci potue-
runt, ut in Azymo consecrando, san-
guinem Domini laicis negando, con-
iugij usu sacerdotes prohibendo la-
tinis concederent. Quanquam hac
in re modestius egere Latini, qui re-
tentia Catholicae fideli unitate, diuer-
sitatem in his & alijs ritibus in Græ-
corum ecclesijs tolerarunt, immode-
stius vero, ne dicam impie aliquando
Græci & Rutheni, quod azymi in my-
sterijs usum, Latinos execrabantur,
& ut Iudaicæ superstitionis affines,
Azymitas appellabant. Quin & eò
dementiæ ventum est, ut Moscouij
Græcorum, à quibus fidem accepe-
runt instituta sequentes, Romanos
non ritè baptizatos existimauerint,
eò quod in aquam non toti immer-
si sint, ut traditum est in Canonis
Iohannis Metropolitæ, qui apud
ippos propheta dicitur.

EXPOSIT. DE AVCTOR.

Moscouij & Græci
hac forma
vtuntur,
baptize-
tur seruus
Christi. Contrà verò Latini, Ruthenos suo &
Græcanico ritu baptizatos, quod in
verbis baptismi actionem exprimen-
tibus, aliquid discriminis sit, rebapti-
zandos esse censuerint. Quid istos fa-
cturos fuisse putas, si baptismū in in-
fantia suscepimus, profanum & nefar-
ium esse iudicassent? At neq; Conci-
lium vllum generale proferri potest,
vbi hic infantium baptismus institu-
tus & ecclesijs omnibus mādatus le-
gatur. Restat ergo, quomodo Augu-
stinus cōcludit, vt quod vniuersa te-
net ecclesia, nec Concilijs institutū,
sed semper retentum est, non nisi au-
ctoritate Apostolica traditum rectif-
simè credatur, & quod est apud Ter-
tullianum, id quod apud omnes vnū
inuenitur, non errore receptum, sed
prisca & Apostolica traditione acce-
ptum, retentumq; non dubitetur.

Nō autem negamus, vt in reliquis
baptismi ritibus, ita etiam in bapti-
zandi tempore, & in eorum qui bap-
tizan-

CONSVE. BAPT. INFAN.

tizantur ætate , varietatem aliquam accidisse, id quod imperitos commo uere possit, & à Ménone ad infirmandum infantium baptismum comine moratur. Nam initio cùm Apostoli iussu mandatoq; Christi prouincias obirét, & ecclesiás ex gentibus ad Euangelij communionem accitis pa sim constituerent, adulti Apostolorū doctrinæ consentientes, nullo temporum aut locorum delectu , statim post fidei professionem , ab Apostolis vel Apostolorum discipulis, baptisi Sacramento in Ecclesiam Christi cooptabantur, quanq; eo tēpore, infantes quoq; præfertim ægros per baptismum Christi cōsecrandos, oblatos fuisse credendum est.

Postea verò per vrbes & prouincias Christiana plebe augescēte , singulis locis certi Episcopi & inspectores, ac curatores fidelis populi attributi sunt. Quare per omnes ferè ecclasiás summo consensu receptū est,

EXPOSIT. DE AVCTOR.

Yt statis tātūm diebus, hoc est instan-
te nocte Dominicæ resurrectionis &
sacræ Pentecostes solēnibus ritibus,
in ecclesia tātūm ciuitatis ab Episco-
po & presbyteris baptismus admini-
straretur, vt qui per annum ex paga-
nis vel Iudæis prædicatione & exhori-
tatione præfectorum vel piorum ho-
minum adducti, Christo nomen da-
re statuerant, sub illud tempus in ci-
uitatem venientes, præceptis huius
religionis voce Catechistarū ad hoc
institutorum, imbuerentur, quę insti-
tutio Catechismus dicebat, id quod
certis quoq; diebus siebat, qui Scruti-
niorum dies vocabantur, ea causa
vt pulchrè explicat Rupertus Tuiti-
ensis, quia perscrutandum erat in his
qui accedebant, ne qua radix amari-
tudinis subesset, velut fuit in Simone
Mago in hæreticis & hæresiarchis
quā plurimis, vt sancta non illis da-
rentur, nisi priùs Christianā fides, in
mentibus eorum radices altas fixis-
set.

CONSVE. BAPT. INFAN.

Set. Primis itaq; téporibus, cùm quotidie adhuc ex infidelibus ecclesia Christi incrementum acciperet, magna adulorum hominum, vtriusque sexus multitudo his statis dieb^o ad scipiēdū baptismū in ciuitatē cōfluebat, & inter eos vnā quoq; infantes à fidelibus parētibus offerebantur, ita vt hæc actio tribus æratum gradibus constaret. Erant primò adulti, qui quod ætatem haberent, ipsi pro sc respondebant: erant & pueri ea çtate, vt ipsi quoq; per se acceptā Catechismi doctrinā, hoc est orationē Dominicā, & Symbolū reddere possint, qui tamen patrinorum quos vocant, seu suscep- torū præsidio aliquo opus habebāt, quare cùm ad cōfessionem faciendā consisterēt, pedem suum susceptoris pedi imponebant: erant tertio loco infantes & paruuli, quod à susceptoribus dextro brachio gestabantur, & per ora gestantium, solennem illam Satanę abrenuntiationem, & fidei professio-

EXPOSIT. DE AVCTOR.

fessionē edebant: extra vero hoc tē-
pus imminente alicunde mortis pe-
riculo priuatim tum adultos, tum in-
fantes baptizare fas erat. Hæc ex ve-
terum scriptis & libellis diuinorū of-
ficiorum cognoscere licet. Cùm iam
verò Christiana religio, totas prouin-
cias & nationes cōplete retur, iam-
que omnes Christi fidem profiteren-
tur, soli ferè infantes à parentibus fi-
delibus ad baptismum offerri cœpe-
runt, quapropter obseruatio illa sta-
torum dierum necessaria vīsa nō est,
eaque obsolescente, paulatim in om-
nibus nationibus Christiani nomi-
nis, consuetudo quocunque tempo-
re baptizandi tātummodo infantes,
quam nūc in ecclesia vīstatam vide-
mus, obtinuit, nisi quod Æthiopes in
hunc vīque diē baptisni officio, sab-
bathum vel Dominicum diem assig-
nant. Nonnullæ autem ecclesiæ apud
Græcos & Siculos, Epiphaniorum
diem huic sacræ actioni dedicabant,
ea

CONSVE. BAPT. INFAN.

ea de causa quòd eo die baptismum
à Ioanne Christus suscepérit, quod
studiosè reprehenditur à Leone Ma-
gno Pontifice Romano, affirmante
longè aliā fuisse gratiam ac rationē il-
lius baptismi, nec ad eandem perti-
nuisse virtutem, de qua per Sanctum
spiritum renascuntur, de quibus di-
citur, qui nō ex sanguinibus, &c. sed
ex Deo nati sunt. Quòd autē Æthio-
pes Christiani, singulis annis ipso E-
piphaniorum die baptizantur, eum
baptismum non pro Sacramento fa-
lutis, sed pro monumēto tātūm bap-
tissi Christi, se habere profitentur.
Illi autem consuetudinis mutatio-
nem, cuius adhuc in Latinorum ec-
clesijs pridie Paschæ & Pentecostes
vestigia retinentur, pulchrè describit
Rupertus Tuitiensis, cuius verba ex Lib. 4. c. 18
libro de diuinis officijs ascribere vi-
sum est. Moris quippe erat olim in
sancta ecclesia, non alio tempore re-
generationis huius celebrare sacra-
men-

EXPOSIT. DE AVCTOR.

mentū, nisi in his quibus fortè superueniente infirmitate vel ægritudine mortis immineret periculum. Cuncta penè ecclesiæ proles, quā per annum verbo prædicationis nouam ignere poterat, instante solennitate paschali, hac die sua nomina dabat, & per sequētes dies vsq; ad ipsam paschæ solennitatem audiens quisq; regulam fidei, vnde & Catechumenus dicitur (Catechumenus namq; auditor interpretatur) lactatus atq; grandescens, tandem plenitudine temporis, postquam luna plena est, plena fide in solennitate sancti baptisterij Symbolum reddens, Christo cōmoriabatur, & conresurgebat. At postquam Christianitas creuit, & sagenā illa verbi Dei piscibus impleta est, qā periculose erat, tantā multitudinē differre propter occasiōes mortis, quæ in multitudine hominū multæ sunt, maximè propter turbā infantium, ex Christianis parētibus succrescentiū, quo

CONSVE. BAPT. INFAN.

quorum tenera vita persæpè leui occa-
sione succiditur, visum est sanctæ
ecclesiæ, passim indulgentia bapti-
zandi cōcessa, imò oblata, cūctæ an-
teuenire pericula, baptismi tamē so-
lennitatem, vel in paucis cū Dominica
resurrectione, cui similis est, celebra-
re. Hactenus ille. Quòd aut̄ ait vel in
paucis eā cōsuetudinē indicare vide-
tur, q̄ in nōnullis libris diuinorum of-
ficiorum memoratur, qua pueri per
octauas ante Pascha & Pentecosten
nati, ad baptismū ijs diebus inter so-
lennes illas preces & ceremonias su-
scipiendum reseruari solebant, quod
si hodie quoque obseruaretur, magis
ad decorū harū cceremoniarum perti-
nere videretur. Neq; verò adulterū
baptismus in totū abolitus est, nam
in nationibus à Christo alienis, si ali-
qui ad fidem Christi adducātur, eos
adultos de fide Ch̄ri ante institutos
prisco more cū liberis & familia bap-
tizari hodie quoq; receptū est, quod
super-

EXPOSIT. DE AVCTOR.

superioribus annis, incredibili labore ac extremis periculis à pijs aliquot viris ex ea sodalitate quæ Iesu nomé præfert, magno studio propagandæ religionis Christianæ incitatis, in Insula Bresilia, sinu Persico, Giappone, & alijs Indiæ locis factitatum legimus. Atque hanc varietatem, quæ modò adulti, modò infantes baptizari contigit, olim quoq; in ecclesia Hebræorum, in ministerio circumcisionis accedisse certissimum est. Nā cùm primùm circumcisionis præceptum accepisset Abraham, circumcisus est ipse propè centenarius, cum filio Ismaele annos nato xiiij. omnibusq; filijs familias, q; fuere numero cccxvij. q; magna ex parte adultæ & prouectæ fuerunt ætatis. Mox verò è circumcisis nati parentibus, infantes tantummodo circumcidebantur, nisi si quis peregrinus familiæ Abrahæ accessisset. Iosua verò Rempublicam Israëlis administrante, totam illam postc-

CONSVE. BAPT. INFAN.

posteritatē rebellis multitudinis, quę totis iā quadraginta annis succreuerat, atque iam in robur militare euaserat, neque præputium posuerat, diuinno iussu circūcism legimus. Republi-
cā autē Israēlis iam Hierosolymis cō-
stituta, in peregrinis, & allophylis in
societatem populi Dei per circūcisio-
nem cooptādis, summā diligentia &
religiosam cautionē in eo qui huius
sacrosanctæ societatis cāandidatus erat,
instituendo & explorādo, haud aliter
atq; Christi ecclesia in suis Catechu-
menis erudiendis facere cōsueuit, ad-
habitam fuisse traditur. Ac malo hūc
sanctissimū morem verbis doctissimi
cuiusdam viri rerū Hebraicarū peritis
fimi cōmemorare. Vetus, inquit, ec-
clesia neminē ad fidē adegit æquè ac
nos, sed allophylon Iudaismo nomen
daturum, examinarūt primores ecclē-
siæ, summa cura & diligentia, collatis
optimè circūstantijs, vt viderēt num
reuerā id ageret, nū feriò animo pol-

G licita-

EXPOSIT. DE AVCTOR.

licitationibus Dei lege Moyſi cōclūſis fideret. Quòd si quando externis cauſis adactum quempiam ad simulādum Iudaismū intellexerūt, eum non admiserunt ad circūcitionem, donec certis argumētis rei q; euidētia declaraſſet, ſe mente factum meliore. In circumcione autem ethnicae vitæ licētiam & cōmoda, & ex aduerso quām arduū legis iugū his verbis exaggerarunt. Haec tenus, inquit, fuisti liber, vt quolibet cibo vſcereris, quouis que tempore, vt viſum tibi ageres, iā erit & his & his abſtinēdū, custodiēdum sabbathū, non vediēdū dupliči, addiderūt & hoc, Iudæos haberi vniuerso orbi ludibrio, eſſe q; imprimis exofos, mirū cur Iudaismū expeteret, tam infestum, tam execrabilē mūdo: ad quæ ſolēnīs responsio hæc erat. E- quidē etſi alienigena cognosco Deū, ſcio eum futurū ſeculum ſolis electis, hoc eſt, Israēlitico populo apparaffe, quibus bōno id erit, quòd hic affligātur,

CONSVE. BAPT. INFAN.

tur, quò in altero mundo suam felicitatem inaccurisam expectet, cum eis opto esse hic aspernabilis ac miser, ut eorum glorię ac diuitiarū eternarum siam alibi particeps. Hæc eò libetius posui, ut cōsensus & cōuenientia vtriusq; populi in his cognatis Sacramentis administrādis cōspiciatur. Ne quis verò scrupulus cuiq; restet, certum est nonnullos quoq; fideles, olim in liberis suis baptizandis ætate paulò prouectiorem, q̄ mysteria vtcūq; intelligere & meinīsse possit, expectasse, immo & baptismi dilationē & cūctationem, dum periculū nullum vrgeret, siāsse, ut ex Tertulliano & Gregorio Nazian. manifestum est: nemo tamen vñquā est repertus, qui infantū baptismū nefariū duxerit, & non potius imminente mortis periculo, infantes quoque baptismō Christi renasci & sanctificari necessariū esse cēsuerit, ut quibus originis labe cōtaminatis, neglecto hoc regenerationis Sacra-

EXPOSIT. DE AVCTOR.

mento ad vitam æternā accessio non
fit. Cùm igitur mortis imminētē peri-
culo in paruulis baptisinū accelerādū
oēs semper iudicarint, iamq; re ipsa
compertū sit ob varios & inopinatos
casus tenellam infantīū etatem, nullo
non propemodū momēto mortis pe-
riculo expositam, summa prudētia, &
religiosa cautione receptū est, vt in-
fantes primo quoq; tempore Christo
per baptismi Sacramentū cōsecrētur,
& corpori eius inferantur. Quid autē
de illis infantibus sentiendum vel spe-
rādū putemus, qui à Sacramēto bap-
tismi, cui iam voluntate & voto parē-
tum destinati sunt, subitæ mortis in-
cursu prohibētur, alibi explicauimus.
Atque hæ sunt insignes illæ varieta-
tes, quæ in ecclesia in baptismi vsu mu-
tatis téporū cōditionibus acciderūt:
in quibus omnibus neq; infantīū bap-
tismo quicquam detrahitur, neq; de-
vi & vsu huius mysterij aliqua dissen-
fio continetur. Hoc enim ecclesiæ
Christi

CONSVE. BAPT. INFAN.

Christi propriū est, q̄ etiā in externā
rituum dissimilitudine, internā fidei
substantiā integrā simplicemq; cōser-
uat: hæresis verò sēpè etiam sub inani
& vmbra tili cōcordiæ specie maximā
opinionum dissimilitudinem, incon-
stantiā & falsitatem tegit, id quod in
istorū temerario, ne quid grauius di-
cam, anabaptismo perspicuum est. Nā
cūm in damnando paruolorum bap-
tismo consentiunt, de salute tamē par-
uolorum quæ quæstio huic cōiuncta
est, non modò non consentanea, sed
etiam inter se pugnantia docēt, ut su-
prā ostendimus. Alijs omnem illis ad
salutem viam præcludentibus: alijs ve-
rò omnes citra vllū discrimen ad Dei
regnum admittentibus. Egregium ve-
rò illud retinendi ministerium vnde
exordium habuerit, consideremus,
nempe à damnatione totius ecclesiæ,
quæ non alia tunc membra comple-
ctebatur, q̄ quæ ab ipsa infantia huic
corpori per baptismū fuere cōnexa.

G 3 Qui

EXPOSIT. DE AVCTOR.

Qui baptismus cum eorū quidē sententia, prophanus & antichristianus fuerit, non aliud q̄ prophanū & anti-christianum corpus hinc confari potuit. Quare per nouum baptismū nouum Christo corpus formandum, nouaq; sponsa iā viduo & orbo Christo gignenda fuit. Hæc quidem prima & primaria fuit retinēendi occasio, sed in hac ipsa retinētione, ne ipsi quidē eius auctores & ppugnatores, firmā aliquam & constantem opinionē tenuerūt, imò ex ipsa nutatione & cunctatione, malæ conscientiæ notā semper prætulerunt. Nam Hofmannus ipse, qui in hanc Belgicam & inferiore Germaniā rebaptizandi primus vsum inuexit, mox tamen feruorem illum quem initiō spirabat, depositū, & amplitioris ac diuinioris cuiusdā spiritus (quem Pentecostalē vocabat) ex inanibus vanissimi hoīs insomnijs spe & expectatione inflatus, eum ipsum baptismum quem magno conatu molitus

CONSVE. BAP. INFAN.

tus erat, ut inchoatum, informē, temporariū, & præparatoriū tantū, penè neglectui habuit: ac Ioānis solūm baptiſmo cōparauit, imò eò adductus fuit, ut infantium baptismum pro indifferenti habuerit, atq; adeò suis, ut ea de causa ecclesias non turbarent, auctor fuerit. Itaq; nutabat iam anabaptismus, donec Monasterij insigne illud, tribus constans capitibus decre tum de Doctrinæ, Baptismi, & Cœnæ instauratione, sex delectorum virorū, inter quos princeps erat Bernardus Rotmannus, suffragijs confirmatum prodiret: Quod tamen decretū quod ad vsum rettingendi potissimum attinet, post Monasteriensem cladem rur sus labefactatum, & à Batenburgicis maiora spiratibus neglectum, in præclarâ illa Synodo Bucholdiana (quò rebus Monasteriensi clade turbatis, ad dissidia inter ipsos orta cōponēda, nōnulli ex varijs Anabaptistarū sectis conuenerant) restitutum, ab Vbbitis

EXPOSIT. DE AVCTOR.

& Mennonitis præcipuè erectū , huc
vsq; sustinetur. In quo tamē quām nō
ipſi ſibi fidant, indicio eſt, q; cūm Apo-
ſtolicis temporibus baptizādi munus
etiam inferioris ordinis Christianis
permitteretur, hi nouum iſtud bapti-
zandi ministerium ad certos tantūm
viros nouo quodā Apostolico ſpiritu
afflatos pertinere arbitrātur. Ex quo
apparet, homines ipſos tacito quodā
omnibus Christianis iſitō ſenſu ab
anabaptismo abhorre, qui ſenſus
tanq; præſtigijs quibusdam & incan-
tamētis in animis ſimpliciū vel eximi
vel hebetari debeat. Hoc etiā fortas-
fis Catharos illos, inter primos Pēdo
baptismi dāmnatores commouit, ex
quibus nonnulli cūm infantium bap-
tisma facilē in cōtemptum apud ſuos
adducerent, non tamen nouū aquæ
baptismum inducere ſtatim ſunt auſi,
ſed ex deprauatis Euangeliij verbis bā-
ptismum quendam ignis commenti
ſunt in hunc ferē modum. Locus ob-
ſcurus

CONSVE. BAP. INFAN.

scurus magna vndiq; vi luminarium Eckbertus
 collustrabatur, in cuius medio q; ini- *aduersus*
 tiandus erat, locabatur, cuius vertici *Catharos.*
 Catharorum antistes libellum impo-
 nebat, & benedictiones quasdam re-
 citabat, cæteris circumstantibus & be-
 neprecatiis: quæ lustratio, cum in-
 ter ardentia luminaria fieret, baptis-
 mus ignis dicebatur. Quid? quod nō- *Hæc docuit*
 nulli ex Anabaptistica schola nostra *christia-*
 hac ætate prodierunt, qui non modò *nus Entfel-*
 infantium baptisma reprobarunt, ve- *der edito li-*
 rùm etiam omnia in vniuersum sacra- *bello Ger-*
 menta, sacrasq; ceremonias, atque ip- *manico, anno*
 sum etiam diuini verbi annuntiandi *no 1543.*
 munus sustulerūt, & prorsus non esse *ac eadē fe-*
 usurpanda docuerunt: vt quæ iā olim *rē ante eū*
 Antichristi tyrannide prophanata, *docuit Iō̄es*
 violata, atq; oppressa dicant, neque à *Büderlinus*
 quoquam restitui & reuocari posse, q; *anno 1530*
 non nouo Christi spiritu afflatus, & *Nec abhor-*
 Apostolicis dotibus instructus & or- *ret ab his*
 natus sit. Quid de Dauide Georgio *Sebastian.*
 dicam? qui nō contentus Anabapti- *Franck.*

EXPOSIT. DE AVCTOR.

stica infania, noui dogmatis & longe
Mahumetanos furores superantis au-
ctor extitit. Is anabaptismū haec tenus
collaudauit, vt illum tamen perfecti
Spiritus sancti ministerij per Christū
Dauidē (quo noī se intelligebat) ful-
gori mox cessurum, & cessaturum di-
ceret. Atq; hinc apparet, q̄ pulchrè no-
stri temporis hæretici, veterum hære-
tiorum ingenia & mores exprimāt:
vt quæ de illis scripsit Tertullianus,
nominibus commutatis, de his quos
nostra tulit etas dicta esse putas. Men-
tior, inquit ille, si non etiam à regulis
suis variant inter se: dum vnuſquisq;
proinde suo arbitrio modulatur quæ
accepit. quemadmodum de suo arbi-
trio ea cōposuit ille qui tradidit. Ag-
noscit naturam suam, & originis suæ
morem profectus rei. Idem licuit Va-
lentinianis, q̄ Valentino, idem Mar-
cionitis, quod Marcioni (ita hodie
idē licet Muntzeranis quod Muntze-
ro, idē Hofmānicis quod Hofmāno)

dc

CONSVE. BAPT. INFAN.

de arbitrio suo fidē innouare. Deniq;
penitū inspe&te h̄ereses oēs in multis
cū auctoribus suis dissentiētes depre-
hēdun̄. Pleriq; nec Ecclesias habēt,
sine matre, sine sede, orba fide, extor-
res sibi latē vagātur, &c. Hęc Tertull.
Sed iā his h̄ereticorū nugis recitādis
defatigat̄ sum, & plura dicere cupien-
tē morbus phibet, q̄ nec aīo cogitan-
di, nec linguæ loquēdi, nec digito scri-
bēdi facultatē permittit. Hęc tñ suffi-
cere puto, vt intelligāt oēs, q̄ ab h̄ere-
ticis aduersus ecclesiā cogitan̄, in ip-
forū caput recidere: & quā in catholi-
cis scriptoribus varictatē, incōstantiā
& falsitatē frustrā querūt, in ipsis ma-
ximē & certissimē deprehēdi. Nō ne-
scimus aut̄ in administratiōe huius di-
uinissimi Sacramēti quædā indecora
& indigna admitti: sed q̄ ad substātiā
ipsam Sacramēti nō pertinēt, quę nō
defendimus, sed desleimus. Oro autē
piū Lectorē, vt studiū meū boni cōsu-
lat, & afflictissimam hāc valetudinem
Ch̄rō precibus suis commender.

G. Cassander Lectori.

Libello iam excuso, postquam à
sæuissimis illis doloribus & grauissi-
ma, quæ cōsecuta est, infirmitate nō-
nihil respirare licuit, commētariolos
illos relegendi, quædam occurserunt,
quorū aliqua correcta & mutata, nō-
nulla verò & addita velim, quę anno-
tata, auctarij loco subijcienda, & re-
cum Typographo communicata, pu-
blicanda duxi.

Quaternione A 3. pag. 2. l. 15. post illud, assume-
retur hæc inseri uelim. Fuere quidē iam olim hæ-
reses quædam, quæ baptismum ab Orthodoxis admi-
nistratum, ut ille gitimum iterarunt, in quibus fuere
Arriani & Donatistæ: sed nul la earum baptismum
infantiū incusauit: quin omnes in eo usurpādo uni-
uersæ ecclesiæ consuetudinem sunt secutæ. Ab Ar-
rianis fideles populos rebaptizatos fuisse, testatur
lib. 4. cap. 19. & Ni- Ambrosius oratione in Auxentium de tradendis ba-
cepho. lib. silicis. Puerosuerò ab ijs baptizari solere, testis est
11. cap. 18. "Theodoreetus. Qui memorat Valētis Imperatoris
Tripar. hi- filium, iam tum puerulum, letali morbo correptū,
sto. lib. 7. ipsius iussu ab Arrianis presbyteris baptizatū, mox
cap. 36. expirasse, cui beatus Basilius uitam addixerat, si ab
homine

homine Orthodoxo baptismum accepisset. Donatistarum impetas in fidelibus ad ipsorum perfidiā uenientibus rebaptizandis, satis nota est. Fuisse autem ab ijs baptizatos paruulos, constat ex concilio Cap. 24. Africano, in quo statuitur, ut hi qui apud Donatistas paruuli baptizati sunt, priusquam per etatem, errorem agnoscere potuerunt, adulti iam & errorem detestantes, in ecclesiæ communitatem recipiantur: & ad Clericatus munus & ecclesiæ ministerium admittantur. Ac ne Pelagius quidem, &c.

A 4. fa. 2. lin. 4. sexagesimū legendū tricesimū.

Ibid. lin. 18. hæc inserta uelim. Quanquam Manichæorum & Priscillianistarum (qui iam olim ante annos septingentos in Hispanijs & Gallijs pullularunt) sobolem fuisse ex consanguinitate doctrinæ in plerisque capitibus colligitur. Quæ hæresis paulò post non modò per Galliam, sed etiam per inferiorem hanc Germaniæ & Rheni ripam dilatata, mulierumq; & portentosorum errorum à nouis hæresiarchis, uti fit, accessione facta, Catharorum, seu Ca August. de tharistarum nomen inuenit: quo nomine & una ē hæres. tribus Manichæorum factio dicta est. In Gallia ue- Catharistæ rò, ex loco unde potissimum originem traxit, Albi Macarij, gensium appellationem obtinuit. Hi reliquis erro- Manichæi. ribus, quos à Manichæis, & Priscillianistis mutuati sunt, hoc insuper addiderunt, ut baptismum parvorum inutilem esse dicarent, ut qui prodesse nemini queat, qui non & ipse credere, & per seipsum baptismi

baptismi Sacramentū petere possit, quale nihil Manichaeos & Priscillianistas docuisse legimus. Huius autem erroris præcipuus auctor, &c.

A 5. fa. 2. l. 18. post illud separantur, hæc inseri possunt: & in nonnullis articulis, tetris modò illis & portentosis, qui à Manichæis prodierant, exceptis, cù Catharis illis cœnunt, baptismū tamē, &c.

Ibid. li. 22. hoc modo legi uellem, cùm sub annum Domini 1522. Nicolaus Storck, & Thomas Munzerus, hoīes, ut res ipsa docuit, fanatici & seditiones, primi huius erroris semina iecerūt, q̄ postea, et c.

A 6. fa. 1. li. 14. Theodoricus Philippi, adde. Vb bonis illius frater.

Ib. fa. 2. li. 12. legi potest, Batenburgicis, à Ioanne Batenburgo post cladem Monasteriensium excitatō furoribus, &c.

A 7. fa. 2. li. 18. hæc inseri uelim post illud, possit intelligi Deus. Hæc certè manifestè refellunt eos, qui beatum Augustinum sanguinariæ illius sententiae, quæ miseros homines morbo aliquo peruersos & penitus insitæ, opinionis laborantes, excruciantdos, & igni ferroq; contrucidandos censem, auctorem, uel cōprobatorem facere non uerentur. Quem constat usque adeò ab his sanguinarijs consilijs abhorruisse, ut etiam à facinorosorum Donatistarum

Epist. 158. cede, temperari uoluerit, propter suam, ut ait, conad Marcel scientiā, & ad Catholicam mansuetudinem cōmenlinum. dandam: & ita hereticos quosdam factiosos coer-

cendos censuerit, ut disertè sanguinem semper &
necem excepere. Ita illorum peccata compescen Epist. 127.
da monuerit, ut sint quos peccasse pœnitentia. Sed ad Donatum
qua B. Augustini &c. procons.

B. fa. 2. li. 18. post interclusus fit. Permouit &
illud iimprimis hominē, ut ipse quoq; fatebatur, tū
quod nō inquisitoria severitate, sed Christiana man
suetudine, & charitate secum agi uideret: tū quod
in mitissimi & clementiss. Principis manus incidis-
set, qui nihil sibi ad summā diligentiam reliqui fa-
ceret, quod ipsius simul & corporis & animæ saluti
consuleretur.

B. 8. fa. 2. li. 13. falsi lege falli.

C. 5. fa. 1. li. 10. deceptationē lege disceptationē.

C. 8. pa. 2. li. 1. communem lege commune.

Ibid. li. 9. ad illud, docet Augustinus ad margio-
nem ponendum. De Baptis. contra Donatist. lib.
4. cap. 23. uide infra. E. I. fa. 1. & 2.

D. 4. fa. 2. li. 6. ex Augustini Epistola ad Hieron-
num, ita supplenda est sententia. Non esse bapti-
zandum, non carnem, sed animā dixit esse perden-
dam, & mox natum ritē baptizari posse, cum suis
quibusdam coēpiscopis censuit.

D. 6. fa. 1. li. ult. cū Deus uidet lege uidit.

D. 7. li. 7. Epist. 89. lege 84.

E. 4. fa. 1. li. 9. post illud resoluantur. Cupiam
addi hoc testimonium Augustini.

Augustinus in Enchiridio, Cap. 42.

Ipsum

Ipsum est quod in nobis celebratur magnum baptismatis Sacramentum, ut quicunque ad istam pertinenterent gratiam, moriantur peccato, sicut ipse peccato mortuus dicitur, quia mortuus est carni, hoc est, peccati similitudini: & uiuant de lauacro renascenti, sicut ipse de sepulchro resurgendo, quamlibet

Cap. 43. bet corporis etatem gerant. A paruulo enim recens nato, usq; ad decrepitum senem, sicut nullus prohibendus est a baptismo, ita nullus est qui non peccato moriatur in baptismo. Sed paruuli tantum originali, maiores autem etiam his omnibus moriatur peccatis, quæcunq; male uiuendo addiderunt, ad illud quod nascendo traxerunt.

E 6. pa. 2. li. 6. præsumptione, lege præsumptioe.

E 7. pag. 1. l. 10. post illud, quod generatione traxerunt, hoc testimonium addi uelim.

Floruit sub
annum ab
Apostolis.
330.

Theodoreetus in Epitome diuinorum decretorum.

Baptismus non solùm donat remissionem ueterum peccatorum, sed etiam spem inserit promissionū bonorum, & mortis Dominicæ resurrectionisq; efficit participes, & donis spiritus largitur participationem, & filios Dei reddit; & nō solùm filios, sed etiam heredes Dei, & cohæredes Christi. Nō enim ut dicunt amentes Messaliani, baptismus nouaculam imitatur, quæ præcesserunt peccata auferēs, si enim hic solus esset baptisi effectus, cur pueros baptizamus?

Zamus, qui peccatum nondum gusi arunt. Non enim
hoc solum pollicetur Sacramentum, sed his etiam ma-
iora & perfectiora. Est enim arra futurorum bo-
norum & futurae resurrectionis typus, & passionis
Domini communicatio, & Dominicæ resurrectionis
participatio & pallium salutaris, tunica læti-
tiae, et stola luminosa, uel potius lux ipsa. Quotquot
enim in Christum baptizati estis, Christum in-
duistis, &c.

Ibid. li. ult. sic ut, lege sicut.

Ibid. pag. 2. li. 1. In testimonio Leonis ex Episto-
la 84. cuius posterior pars sumpta est ex August.
Enchiridio cap. 43. post illud, à baptismo addendū.
ita nullus est qui nō peccato moriatur in baptismo,
quod scriptoris negligentia omissum fuit.

F 2. pag. 2. li. 18. in fœminis quadragesimum, le-
ge octuagesimum.

F 3. pag. 2. li. 8. De Aethiopicis, lege Aethiopi-
bus.

F 4. pag. 1. li. 6. post illud prohibendo, adde, san-
guinem & suffocatum alendo.

Ibid. pag. 2. initio sic legi cupiam, contrà uero
Latini, nonnullis in locis Ruthenos, suo & Græca-
nico ritu baptizatos ad Latinorum instituta se con-
uertentes, quod in uerbis baptismi actionem expri-
mentibus, aliquid discriminis sit, rebaptizandos es-
se, tametsi sub conditione, censuerunt quod tamen
in Cœcilio Florentino sub Eugenio, & mox ab Ale-

Xandro correctum est, Quid istos, &c.

F 6. pa. 2. li. 6. post illud cognoscere licet, ha
diijci uelim. De hoc uero promiscuo ex omni etati
hominum, ad percipiendam his solemnibus diebus
baptismi gratiam congressu. locuplestestis est B. Ag
ust. sermo. 4. in octauis Paschæ ad Neophytorum ho
bito. Hodie Octauæ dicuntur infantium, reuelandi
sunt capita eorum, quod est indicium libertatis, &c.
Illi pueri, infantes, paruuli, lactentes, maternis ubi
ribus inhærentes, & quantum in eos gratia refra
tur, nescientes, ut ipsi uidetis, quia infantes uocan
tur, & ipsi habent octauas hodie. Et isti senes, iuu
nes, adolescentuli, omnes infantes, &c. Constat igit
ur in hac actione, omnis etatis fuisse homines, se
nes, iuuenes, adolescentulos, pueros, paruulos, infan
tes atq; lactentes, qui omnes infantes ideo diceban
tur, quod exuto ueteri homine, in nouam infantiam
per aquam & spiritum renascebantur. Quare &
Neophyti, hoc est nuper nati dicti sunt.

F 8. pag. 2. li. 12. accedisse, lege accidisse.

APPENDIX

APPENDIX DE AVCTORITATE EC- clesiarum Apostolica- rum ex Tertul- liano.

Si verè Tertullianus aduersus hæreses omnes præscripsit, verā & Apostolicam doctrinam, ex doctrina Apostolicarum ecclesiarum, quas vel Apostoli ipsi condiderunt, vel ab ijs propagatę fuerunt, esse probandam, quis dubitet hanc doctrinam, quæ docet infantes omnes carnali generatione perditos, spirituali regeneratione seruari, verè esse Apostolicam, vt quam apud oēs Apostolicas ecclesias obtinuisse firmissimus hic veterum ecclesiasticorum scriptorum consensus affirmat? Locum ipsum Tertulliani insignem, & hoc maximè tempore observatione dignissimum, vel hic tandem ascribendum putauit.

*Tertullianus de præscriptionibus ad-
uersus Hereticos.*

H 2 Chri

Christus Iesus dominus noster, qd
effet, quid fuisset, quam Patris volun-
tatem administraret, quid homini a-
gendum determinaret, quādiu in ter-
ris agebat, ipse pronunciabat, siue po-
pulo palam, siue discētibus seorsum.
Ex quibus duodecim præcipuos late-
ri suo adlegerat destinatos nationib⁹
magistros. Itaq; vno eorum decusso,
reliquos vndecim regrediens ad Pa-
trem post resurrectionem iussit ire &
docere nationes, tingēdas in patrem
& in filium & Spiritum sanctū, statim
igitur Apostoli, quos hæc appellatio
missos interpretatur, assumpto p for-
tēm duodecimo Mathia in locum Iu-
dæ, ex auctoritate prophetiæ, quæ est
in psalmo Dauid, cōsecuti promissam
vīm Spiritus sancti ad virtutes & elo-
quium, primo per Iudeam contestata
fide in Iesum Christū, & ecclesijs in-
stitutis, dehinc in orbē profecti, can-
dem doctrinam eiusdem fidei natio-
nibus promulgauerūt: & proinde ec-
clesias apud vnamq; ciuitatem con-
dice

diderunt, à quibus traducem fidei & semina doctrinæ, cæterę exinde ecclesię mutuatę sunt, & quotidianū mutuantur ut ecclesiæ fiant: ac per hoc & ipsæ Apostolicæ deputantur, ut siboles Apostolicarum ecclesiarū. Omne genus ad originem suam censeatur, necesse est. Itaque tot ac tantæ ecclesię una est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes. Sic omnes primæ, & omnes Apostolicæ, dum unam oēs probant unitatem. Communicatio pacis, & appellatio fraternitatis & confessio hospitalitatis, quae iura nō alia ratio regit, quam eiusdem Sacramenti una traditio. Hanc igitur dirigimus præscriptionem. Si dominus Iesus Christus Apostolos misit ad prædicandum, alios non esse recipiendos prædicatores, quam quos Christus instituit, qā nec aliis Patrem nouit, nisi filius, & cui filius reuelauit, nec alijs videtur reuelasse filius, quam Apostolis, quos misit ad prædicandum, utique quod illis reuelauit. Quid autē prædicauerint,

